421.

Liber meditationum beati Bernardi.

030026946

¶ Annotatio capitulorꝫ libri meditationū beati Bernardi: cum eorum que in ipſis meditanda traduntur ſummaria expoſitione.

¶ Quomodo homo ad dei imaginē factus: p cognitioneꝫ interioris hoīs in memoriam. cognitioneꝫ: ⁊ dilectioneꝫ dei valeat puenire. ⁊ ita ipſe in deo ⁊ deus in eo regeſcere. Ca. i.

¶ De reprehenſione noſtri qui deum in exterioribus querimus cum ſit in nobis, ſalteꝫ p fideꝫ. Et quomodo in mente noſtra imago diuine trinitatis repiatur ſm memoriā: intelligentiā ⁊ voluntatem: quomodo etiaꝫ p iſta pr̄i ⁊ filio ⁊ ſpirituiſancto aſſimilemur. Ca. ij.

¶ De miſeria exterioris hoīs quātuꝫ ad ei⁹ originem: ꝯceptioneꝫ: natiuitatem: morteꝫ: ⁊ ante diſtrictum iudiceꝫ preſentationē. Ca. iij.

¶ De querulatiōe ſuper venturo die iudicij in quo libri ꝯſcientiaꝫ aperient̄ur: ⁊ oīa ſcelera cōmiſſa cunctis manifeſtabuntur. Ca. iiij.

¶ Quod deus tāto diſtrictius iudicet: quāto diutius negligentes ad emēdationē expectat: ⁊ de redargutiōe noſtri q tādiu hic viuere deſideramus: vbi mala quotidie creſcūt: ⁊ hora mortis ignoratur. De formidoloſa queqꝫ ac doloroſa anime a corpore ſeparatione ⁊ ante tribunal iudicis pductiōe: multiſqꝫ cauſis timo

rē horrorē atqꝫ dolorē aggrauātibus. Ca.v.
¶ De dignitate anime ⁊ eius cuꝫ carne propter ꝙ ſuperius cōmemorata patitur tanta ſocietate eiuſdemqꝫ carnis miſerijs ac vilitate. per quā ⁊ homo vanitati ſimilis ⁊ vilis factus eſt. De ſuperbie quoqꝫ repreſſiōe ⁊ hominis reprehenſione obhoc ꝙ carnem preponit anime. que tante precioſitatis eſt vt non niſi ſanguine chriſti redimi potuerit. pro q̄ ⁊ chriſtus animam ſuaꝫ dedit ⁊ ſe occidi ꝑmiſit. Ca.vi.
¶ De admonitione hominis. vt agnoſcens ꝙ nobilis ſit anima pro qua chriſtus tāta paſſus eſt. etiaꝫ ſeipſuꝫ affligat. neqꝫ attendat qd caro ſed quid ſpiritus poſcat. Et de excuſationis eius efficaciſſima confutatione per aliorū exemplum. mortis certificationem. eternorūqꝫ ſuppliciorum ⁊ cruciatuum cōminationeꝫ. cū ſummaria illoꝝ explicatione. Ca.vij.
De ſūmaria ac dulciſſima eternoꝝ p̄mioꝝ expoſitiōe. vt ꝑ hec ſaltē a deſiderijs carnis retrahamur. ⁊ ad amorē celeſtiū. vbi ſpūs ꝑpetuo letari ac ſaciari pōt inuitemur. Capi.viij.
¶ De queſtiōe. Quis ad predicta premia cōſequenda ſit idoneus. ac reſponſiōe affirmāte ꝙ ad hec habiles ſint verus penitēs. Bonus obediēs. amabilis ſocius. ⁊ fidelis ſeruus. cū ſinguloꝝ deſcriptione ⁊ explanatiōe. Ca.ix.

❡ De curioſa proprie vite exploratiõe ⁊ per quotidianaꝫ diſcuſſionem examinatione: modiqꝫ diſcutiendi traditione. Et ad mutuaꝫ in orationibus cõmemorationem habendam exhortatione atqꝫ perſuaſione. Capituluꝫ.x.

❡ Quomodo intrans eccleſiã ad orandꝫ ſiue pſallendum ſe preparare deũqꝫ laudare ⁊ glorificare debeat. Et ꝙ ſupernis ciuibus nihil magis ſpectare libeat. Nec aliquid ſummo regi iocundius exhiberi poſſit. Ca.xi.

❡ Quantam curam ⁊ ſollicitudineꝫ ſuperni ciues de nobis habeant: quanto de deſiderio aduentum noſtruꝫ expectent. Quodqꝫ nobis ad eos feſtinanduꝫ atqꝫ currenduꝫ ſit: cuꝫ nõ ſolum ipſi: ſed ⁊ creator eorum pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus: totaqꝫ celeſtis curia nos expectet: in qua cum magna leticia ſuſcipietur quicunqꝫ iugi oratione ⁊ aſſidua cogitatione in illa conuerſatur. Capitulum.xij.

❡ Nõ vbiqꝫ ⁊ frequenter ſit orandum: ac de effectu orationis noſtre. Nõ etiam ſemper ⁊ vbiqꝫ de deo ſit cogitanduꝫ ⁊ in corde noſtro cenaculum chriſto exhibenduꝫ: nobiſqꝫ ipſis velut templum dei vtendum: quem ⁊ ſemper ante oculos habere ⁊ ĩ omnibus que agimus preſenteꝫ eẽ debemus agnoſcere. Ca.xiij.

❡ De cautela atqꝫ cuſtodia nobis neceſſaria

ne deuz offendamus qui ſemper ⁊ vbiqꝫ preſens: cuncta que facimus cernit: cuꝫ quo ⁊ nos ſemꝑ ſecuri ſumus contra inſidias diaboli: eo ꝙ non deſerit ſperantes in ſe: niſi prior deſeratur. Quomodo etiam cor per cuius diſtractionem deus deſeritur: ſit cuſtodiendum atqꝫ mundandum. Capitulum. xiiij.

De increpatione ⁊ accuſatione ſuijpſius ꝑpter predictorū omiſſioneꝫ ⁊ negligentiā: maioreqꝫ dilectioneꝫ lectionis ꝙ orationis. De inſanie quoqꝫ noſtre deteſtatione: dum cum domino maieſtatis in oratione loquentes. aures ab ipſo auertimus. Capitulum. xv.

De cordis mutabilitate: inſtabilitate: ingetudine ⁊ vanitate: ac de ſalubri ꝑ diligentē diſcuſſionem: fragilitatiſqꝫ ſue cognitioneꝫ atqꝫ veram confeſſionem remedio. Capi. xvi.

De recognitione negligentiaꝝ ⁊ defectuū cōmiſſoꝝ circa ea que ad veraꝫ ac debitaꝫ cōfeſſioneꝫ exiguntur. Et ꝙ nō ſufficiat ſoli deo confiteri: quinimmo valde conueniens ſaluberrimumqꝫ ſit vt ſacerdoti peccata per confeſſionem aperiantur. Capitulum. xvij.

De multimoda ſui ipſius accuſatione: per peccatorum ⁊ vitiorum in tota vita ſua perpetratorum enarrationem. Capitulum. xviij.

De ſpe impetrande venie propter peccati

cognitionem:⁊ ob id ampliori ſuijpſius accu-
ſatione. diſcuſſiōe ⁊ reprehenſiōe. Ca.xix.
De diuini adiutorij inuocatiōe propter tri
um principalium inimicorum: corporis vide-
licet. mundi ac diaboli circōdationeꝫ. Ca.xx.
De querela ſuper bellis temptamentis ac
periculis vndiqꝫ occurentibus. De proprijs
etiam vniuſcuiuſqꝫ premiſſorum inimicorum
ſuggeſtionibus: ſingularum quoqꝫ diſcretio-
ne: ⁊ diabolicarum ſuperatione. Capi.xxi.
De varia illorum inimicorum impugna-
tione. ſingulariqꝫ diaboli in adiutorio carnis
confidentia atqꝫ eiuſdem cum illo federatio-
ne. ⁊ de grandi impugnationis illorum peri-
culo. Capitulum.xxij.
De ereptione inimicoruꝫ petitione. viteqꝫ
emendande promiſſione. Et vt ad illam vi-
tam feſtinemus eamqꝫ amemus. vbi ſumma
felicitas ⁊ omnium deſiderabilium inexplica
bilis abundantia. nullaqꝫ miſeria: ac cuncto-
rum contriſtabilium ininterruptibilis ⁊ per-
petua abſentia: conſolatoria pulcherrimaqꝫ
exhortatione. Capitulum.xxiij.
De reprehenſione hominis hic theuſari-
zantis. De malicia quoqꝫ: nequicia ⁊ impu-
gnatione veteris hominis aduerſus nouum.
atqꝫ illius per debitam penam digna caſtiga

tione. Capitulum.xxiiij.
¶ De ingẽti pietatis ac miſericordie chriſti ⁊ dei erga hominem cõmendatione. ⁊ vt opera detur interne lectioni ad ſuiipſius cognitionem. dei dilectionem. inimicorum ſuperationem atq; eterne felicitatis conſecutionem. finali admonitione ⁊ libri ꝯcluſione. Ca.xxv.

Finis.

Melliflui doctoris beati Bernardi abbatis ſaluberrimus liber meditationum: feliciter incipit.

¶ Quomodo homo ad dei imaginē factus: per cognitionez interioris hominis in memoriam: cognitionem: ⁊ dilectionem dei valeat peruenire: ⁊ ita ipſe in deo ⁊ deus in eo requieſcere: Capitulum Primum.

Multi multa ſciunt: ⁊ ſeipſos neſciunt: alios inſpiciūt: ⁊ ſemetipſos deſerunt: deum querunt per iſta exteriora deſerentes interiora ſua: qbus interior eſt deus: Idcirco ab exterioribus redeam ad interiora: ⁊ ab inferioribus ad ſuperiora aſcendam: vt poſſim cognoſcere vnde venio: aut q̊ vado: quid ſim ⁊ vnde ſim: ⁊ ita per cognitionem mei valeam peruenire ad cognitionem dei. Quanto nāqz in cognitione mei proficio tanto ad cognitionez dei accedo. Secunduz interiorem hominem tria in mente mea inuenio: per que deum recolo: ꝯſpicio ⁊ ꝯcupiſco. Sunt autez hec tria: memoria: intelligentia: ⁊ voluntas ſiue amor. Per memoriaz remi-

niſcoꝛ. Per intelligentiaꝫ intueoꝛ. Per voluntateꝫ amplectoꝛ. Cum dei reminiſcoꝛ: in memoꝛia mea eum inuenio: ⁊ in ea de eo ⁊ in eo delectoꝛ: ſꝫ ꝙ ipſe mihi donare dignatur. Intelligentia intueoꝛ quid ſit ipſe deus in ſe ipſo: quid in angelis: quid in ſanctis: quid in creaturis: ⁊ quid in hominibus. In ſeipſo eſt incompꝛehenſibilis vel eternus: qꝛ principiū ⁊ finis. Pꝛincipium ſine principio: finis ſine fine. Ex me intelligo ꝙ incompꝛehenſibilis ſit deus: quoniam meipſuꝫ intelligere nō poſſum quem ipſe fecit. In angelis eſt deſiderabilis: qꝛ in eum deſiderant angeli pꝛoſpicere. In ſanctis eſt delectabilis: qꝛ in eo aſſidue felices letantur. In creaturis eſt admirabilis: qꝛ omnia potenter creat: ſapienter gubernat ⁊ benigne diſpenſat. In hominibus eſt amabilis: quia eoꝛum deus eſt: ⁊ ipſi ſunt populus eius. Ipſe enim in eis habitat tāꝙ in templo ſuo: ⁊ ipſi ſunt templum eius. Non dedignatur ſingulos neqꝫ vniuerſos. Quiſquis eius meminit eūqꝫ intelligit ac diligit: cuꝫ illo eſt.

Diligere debemus eum: quoniam ipſe pꝛioꝛ dilexit nos: ⁊ ad imaginem ⁊ ſimilitudineꝫ ſuam nos plaſmauit: Quod nulli alij creature donare voluit. Ad imaginem dei facti ſumus: hoc eſt ad intellectum ⁊ noticiam filij: ꝑ

quem intelligimus ꝛ cognoſcimus patrem: ꝛ
acceſſum habemus ad eum. Tanta cognatio
eſt inter nos ꝛ dei filiuꝫ: ꝙ ipſe imago dei eſt:
ꝛ nos ad imaginem eius facti ſumus: Quam
cognationem etiam ipſa ſimilitudo teſtatur:
q̄uiam non ſolum ad imaginem: ſed etiaꝫ ad
ſimilitudinē ei⁹ facti ſum⁹. Oportet itaqꝫ id
quod ad imaginem ꝯditum eſt cum imagine
ꝯuenire: ꝛ non innacuuꝫ nomen imaginis par
ticipare. Repreſentemus ergo in nobis ſimi
litudinem in appetitu pacis: in amore carita-
tis: in intuitu veritatis. Teneamus euꝫ in me
moria: portemus in ꝯſcientia ꝛ vbiqꝫ preſen-
tem veneremur. Mens ſiquidem noſtra eo
ipſo eius imago eſt: quo eius capax eſt: eiuſqꝫ
particeps eſſe poteſt. Non ꝓpterea eius ima
go ē qꝛ ſui meminit mens ſeqꝫ intelligit ac di
ligit: ſed qꝛ poteſt meminiſſe: intelligere ac di
ligere eum a quo eſt facta. Quid enim facit ſa
pientia ipſa facit. Nihil enim tam ſimile eſt
illi ſumme ſapientie ꝙ̄ mens rationalis: que
per memoriam: intelligentiam ac voluntateꝫ
in illa trinitate ineffabili conſiſtit. Conſiſtere
autem in illa non poteſt: niſi eius meminerit:
eumqꝫ intelligat ac diligat. Meminerit ita
qꝫ dei ſui ad cuius imaginem facta eſt: eum in
telligat: diligat atqꝫ colat euꝫ q̄ ſemper poteſt

eſſe beata. Beata ſiquidem anima apud ꝙ deus regez inuenit in tabernaculo requieſcit.

Beata.n.q̄ dicere poteſt: Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Negare ſiquidem ei requiem celi non poterit.

¶ De reprehenſione noſtri qui deum in exterioribus querimus:cum ſit in nobis ſaltem per fidem:Et quomodo in mente noſtra imago diuine trinitatis reperiatur ſm memoriaz intelligentiā:⁊ voluntatez quō etiaz p̄ iſta patri ⁊ filio ⁊ ſpirituiſancto aſſimilemur. Ca.ij.

c Ur ergo nos deſerimus:⁊ in iſtis exterioribꝰ deuz querimus:q apud nos eſt ſi nos apud eū eſſe velimus: Re uera nobiſcū eſt ⁊ in nobis:ſed adhuc p̄ fidez donec mereamur videre p̄ ſpeciē. Nouimꝰ inqt apl's xp̄m habitare p̄ fidem in cordibus nr̄is:qr xp̄s in fide:fides in mēte:mens in corde:cor in pectore. Per fidem recolo deum creatorez:adoro redemptorē:expecto ſaluatorez. Credo videre in oībus creaturis hēre in meipſo:⁊ qđ his oībus ineffabilius atqꝫ iocūdius ⁊ beatius eſt cognoſcere in ſeipſo. Patrez nanqꝫ ⁊ filiuz cū ſanctoſpū cognoſcere vita eterna ē:beatitudo p̄fecta:ſūma voluptas. Oculus non vidit:nec auris audiuit: nec in cor hoīs aſcēdit:quāta claritas:q̄ta ſuauitas:

⁊ quāta iocūditas maneat nos in illa viſione: qn̄ deuȝ facie ad faciē videbimus: q eſt lux illuminatoꝝ:requies exercitatoꝝ:patria redeūtiuȝ:vita viuenriuȝ:corona vincentiuȝ. Ita ī mēte mea quādam imaginē illius ſūme trinitatis repio:ad ꝙ ſūmaȝ trinitatē recolendaȝ: inſpiciendā:ac diligendā: vt eius recorder:in ea delecter:⁊ eam ꝯtempler:totuȝ id qđ viuo deo referre. Mens imago dei eſt: in q̄ ſunt hec tria.ſ.memoria:intelligentia ⁊ voluntas. Memorie attribuimus omne qđ ſcimus etiā ſi nō inde cogitamus. Intelligentie tribuimꝰ omne qđ veꝝ cogitando inuenimus: qđ etiaȝ memorie ꝯmēdamus. Per memoriā patri ſimiles ſumus:ꝑ intelligentiā filio:Spirituiſancto nihil tā ſimile ī nobis eſt ſicut volūtas vel amor ſiue dilectio que excellentior voluntate eſt. Dilectio donū dei eſt: ita qđ nulluȝ hoc dono dei excellētius eſt. Dilectio nanqȝ que ex deo ē:deus ē:⁊ ꝓprie ſpiritusſanctus dī ꝑ quē caritas dei diffuſa eſt in cordibus nr̄is: per queȝ tota trinitas in nobis habitat.

¶ De miſeria exterioris hominis quantuȝ ad eius originem:ꝯceptionem:natiuitateem: mortem:⁊ ante diſtrictum iudicem preſentationem. Capitulum tertium.

ſ Ecunduz exteriorez hoiez de paren
tibus illis venio:qui me fecerũt ante
dãnatum ꝙ natũ. Peccatores pec
catorem in peccato ſuo genuerunt:ꝛ de pecca
to nutrierũt. Miſeri miſeꝝ in hanc lucis mi
ſeriaz induxerũt. Nihil ex eis habeo niſi mi
ſeriaz ꝛ peccatũ:ꝛ corruptibile corpus hoc qđ
geſto. Ad illos vero feſtino:qui morte corpis
hinc exierunt. Cũ eoꝝ ſepulchra inſpicio: ni
hil inuenio in eis niſi cinerem ꝛ vermẽ ꝛ feto
rem ꝛ horrorẽ. Qđ ego ſum ipſi fuerunt:ꝛ qđ
ipſi ſunt ego ero. Quid ſum ego? Qđ de hu
more liqdo. Fui.n.in moneta ꝯceptionis de
humano ſemine ꝯceptus. Deinde ſpuma il
la coagulata modicuz creſcẽdo caro facta eſt.
Poſtea plorans ꝛ eiulans traditus ſum hu
ius mundi exilio. Et ecce iaz moriar plenus
iniqtatibus ꝛ abominationibꝰ. Jamiaz pre
ſentabor ante diſtrictum iudicem: de operi-
bus meis rationem redditurus.

¶ De querulatione ſuꝑventuro die iudicij:
in quo libri ꝯſcientiaꝝ aperientur ꝛ omnia ſce
lera cõmiſſa cũctis manifeſtabunt. Cap.iiij.

v E mihi miſero cuz venerit dies illa
iudicij ꝛ apti fuerint libri i qbus oẽs
mei conatus ꝛ cogitationes pñte dño

recitabunt. Tūc dimiſſo capite pre ꝯfuſſione male ꝯſcientie. in iudicio corā dn̄o ſtabo trepidus ⁊ anxius: vt pote ꝯmemorans ſcelerꝝ cō-miſſa meorꝝ. Et cū dicetur de me. Ecce hō ⁊ opa eius. tunc reducaꝫ añ oculos meos oīa peccata ⁊ delicta mea. Quadam nāqꝫ vi diuina fiet vt cuiqꝫ ſua opa bona vel mala cuncta in memoriā reuocent. ⁊ vno mētis intuitu mira celeritate cernant. vt accuſet vel excuſet ꝯſcientia cōſciam. atqꝫ ita ſimul ⁊ ſinguli oēs iudicētur. Judiciuꝫ faciet geſtorꝝ quiſqꝫ ſuorꝝ: Cūctaqꝫ cunctorꝝ. cunctis arcana patebunt. Qō. n. nunc ꝯfiteri erubeſcimus. tunc oībus manifeſtabit. ⁊ qcqd hic diſſimulando palpamus. totū illic vindex flāma comburet. Ignis vbiqꝫ ferox ruptis regnabit habenis.

¶ Qō ds̄ tanto diſtrictius iudicat. q̄to diutius negligētes ad emendationē expectat. ⁊ de redargutiōe noſtri q tādiu hic viuere deſideramus. vbi mala q̄tidie creſcūt ⁊ hora mortis ignorat. De formidoloſa qꝫ ac doloroſa aīe a corpe ſepatione ⁊ añ tribunal iudicis pductione. multiſqꝫ cauſis timorem. horrorem atqꝫ dolorem aggrauantibus. Capitulum. v.

Uantoqꝫ diutius nos expetat iudex
q vt emēdemus. tāto diſtrictius iudica

bit ſi neglexerimus. Cur ꝗ̃ tantope iſtaz vi-
taz deſideramus:in qua quãto amplius viui
mus:tãto plus paccamus:ꝛ quanto vita ẽ lon
gior.tanto ẽ culpa numeroſior? Quotidie nã
qꝫ creſcunt mala.ꝛ ſubtrahunt̃ bona. aſſidue
variatur homo ꝑ proſpa ꝛ aduerſa: ꝛ ignorat
quando moriatur. Sicut.n.ſtella in celo coru
ſcans velocit̃ currit ꝛ repẽte deficit.ꝛ ſicut ſcin
tilla ignis ſubito extinguitur ꝛ in cinerẽ redi-
gitur:ſic cito finitam datur iſtam cerner̃ vitã.
Duz.n.libent̃ ac iocundiſſime moratur hõ
in mũdo iſto.diuqꝫ ſe victurum arbitratur.ac
multa in longa tpa diſponit agẽda.ſubito ra-
pitur in mortẽ.ꝛ ex improuiſo aufert̃ anima a
corpe. Verũtamẽ cũ magno metu magniſqꝫ
doloribus ſeparat̃ aĩa a corpe. Veniunt.n.
angeli aſſumer̃ illam.vt ꝑducant eam añ tri-
bunal iudicis metuẽdi. Et tunc illa mẽorans
opa ſua mala ꝛ peſſima q̃ die noctuqꝫ geſſit.
cõtremeſcit.ꝛ q̃rit illa fuger̃ indiciaſqꝫ peter̃
dicẽs. Date mihi inducias vl̃ vnius hore ſpa
ciuz. Tunc quaſi loquẽtia ſimul eius opa di
cent. Tu nos egiſti.opa tua ſumus:non te de
ſeremus:ſꝫ ſemp tecuz erimus:tecuz perege-
mus ad iudiciuz. Vitijs qꝫ multis ꝛ multipli
cibus criminibus eam accuſabunt. Multaqꝫ
falſa teſtimonia aduerſus illam inueniẽt. ꝙ̃ꝙ̃

vnuz ad dãnationez eius poſſʒ ſufficere. De
mones vero terribili vultu ⁊ horribili aſpectu
eam terrebunt: ingẽtiqʒ furore eã ꝑſequent̃: ⁊
ꝯprehendẽt taʒ terribilit̃ ꝙ horribilit̃: volen
tes eam retinere ⁊ poſſidere: niſi ſit q̲ eripiat.
Tũc aĩa inueniẽs oculos clauſos ⁊ os: alioſ-
qʒ corꝑis ſenſus ꝑ quos ſolebat egredi ⁊ dele
ctari in iſtis exterioribus reuertitur ad ſe: ⁊ vi
dens ſe ſolã ⁊ nudam: ingenti horrore ꝯcuſſa
deſꝑatione deficiet in ſe: ⁊ cadet ſub ſe. Et qꝛ
amore mũdi ⁊ voluptate carnis: dei amorem
derelinquerat: derelinq̃tur a deo miſera ĩ ho
ra tante neceſſitatis atqʒ demonibus tradet̃ i
inferno truciandã. Sic aĩa peccatoris in die
qua ignorat: ⁊ hora q̃ neſcit rapitur a morte.
⁊ ſegregat̃ a corꝑe: ꝑgitqʒ miſerijs plena: tre
mens ac dolens: ⁊ cũ nullam excuſationẽ ha-
beat ꝙ pro peccatis ſuis: poſſit obtẽdere: cõta
beſcit: ⁊ ꝯtimeſcit ante deum apparere. In-
genti horrore ꝯcutitur: ⁊ multiplicibus cogi-
tationuʒ eſtibus agitatur: cum vrgẽte ſolutiõe
carnis: ⁊ ſubductis e medio omibus: ſe ⁊ illuʒ
terminum cõſiderat cui appropinquat: ⁊ poſt
paululum hoc inuenit qđ in eternuʒ non pote
rit mutari. Conſiderat plane: eternus iudex
ꝙ diſtrictus veniat: ⁊ ante ſeueritateʒ tante iu
ſticie quas rationes vite ſue ponat. Si.n. cũ-
cta opa que intelligere potuit deuitauit: ven-

tura tamē corā diſtricto iudice illa magis que in ſemetipſa nō intelligit ꝑtimeſcit. Creſcit pauor cum cogitat ꝙ viaȝ huius vite nequaꝙ̄ ſine culpa tranſire potuit: Nec hoc ꝗdem qđ laudabiliter vixit: ſine aliquo reatu ē: ſi remota pietate iudicetur. Quis.n.ꝯſiderare valeat: ꝙ̄ta mala ꝑ momenta tempoꝝ ꝑpetram⁹ ⁊ quāta bona facere negligimus? Sicut enī peccatū eſt perpetratio mali: ſic delictū ē deſertio boni. Grauis ſiquidem iactura ē: cuȝ nec bona facimus: nec bona cogitamus: ſȝ cor noſtrum ꝑ vana ⁊ inutilia deſinimus vagari.

Nimis.n.difficile eſt cor tepens ab illicita cogitatiōe obſeruare. Nimis etiam difficile eſt frequenter terrenas occupationes abſqȝ peccatis adminiſtrare. Quapropter nullus ſemetipſuȝ diiudicare ⁊ reprehendere ꝑfecte pōt: ſed multis cogitationibus occupatus ſibimetipſi aliq̄ modo manet incognitus: vt oīno qđ tolerat neſciat: ꝑꝑ vrgēte exitu: maiori terretur metu: qꝛ ⁊ ſi illa que ſciuit nūꝙ̄ ſe pretermiſiſſe meminit: formidat tamē ea q̄ neſcit.

¶ De dignitate anime ⁊ eius cū carne ꝑꝑ ꝙ̄ ſupius cōmēorata patitur tanta ſocietate. eiuſdemqȝ carnis miſerijs ac vilitate. per ꝙ̄ ⁊ hō vanitati ſimilis ⁊ vilis factus ē. De ſuperbieqȝ repreſſione ⁊ hoīs reprehenſiōe ob hoc ꝙ̄

carnem preponit aie: que tante precioſitatis ē
vt non niſi ſanguine chriſti redimi potuerit.
pro qua ⁊ chriſtus animam ſuaʒ dedit ⁊ ſe oc
cidi permiſit. Capitulum Sextum.

Nima inſignita dei imagine. decora
a ta ſimilitudine. diſponſata fide. dota
ta ſpirituſancto. redempta ſanguine
chriſti. deputata cum angelis. capax beatitu-
dinis. heres bonitatis rationis particeps. qd
tibi, cuʒ carne vnde iſta pateris? Propter car
nem aliena tibi peccata imputantur. et tue iu
ſticie quaſi pānus mēſtruate reputantur. atqʒ
tuipſa ad nihilum es redacta. ⁊ quaſi nihiluʒ
vel inane reputata. Nihil aliud eſt caro: cuʒ
qua tibi tanta ſocietas eſt. niſi ſperma caro fa
cta. fragili veſtita decore. ornata vilibus ⁊
varijs coloribus. Sed erit in proximo cada-
uer miſerum ⁊ putridum ⁊ cibus vermium.

Nam quantūcunqʒ extollatur. ſemper ca-
ro eſt. Si diligenter conſideres quid per os ⁊
nares ceteroſqʒ corpis meatus egrediatur. vi
lius ſterquilinium nunꝙ vidiſti. Si ſingulas
eius miſerias enumerare velis. ꝙ ſit onerata
peccatis. irretita vitijs pruriens ꝯcupiſcētijs.
occupata paſſionibus. polluta illuſionibus. p
na ſemp in maluʒ. ⁊ in omne vitiuʒ procliuis
plenaʒ omni ꝯfuſione ⁊ ignominia inuenies.

Propter carnē homo vanitati ſimilis fact⁹

eſt.qꝛ ex illa vitium ꝯcupiſcentie traxit ꝙ capti
uus tenetur.⁊ incuruatur vt diligat vanitatē
⁊ iniquitatē opetur. Attende homo quid fuiſ
ſti ante oꝛtum.⁊ quid es ab oꝛtu vſqꝫ ad occa
ſum.atqꝫ quid eris poſt hanc vitam? Pꝛofe
cto fuiſti qđ non eras: poſtea de vili materia
factus. ⁊ in viliſſimo panno inuolutus. men=
ſtruali ſanguine in vtero materno fuiſti nutri
tus.tunica tua fuit pellis ſecundina.Sic indu
tus ⁊ oꝛnatus veniſti ad nos.nec memoꝛ es ꝙ̃
vilis ſit oꝛigo tui.Foꝛma.fauoꝛ populi.feruoꝛ
iuuenilis.opeſqꝫ ſurripuere tibi noſcere quid
ſit homo. Nihil.n.aliud ē homo ꝙ̃ ſperma
fetidum.ſaccus ſtercoꝛum.⁊ cibus vermium.
Poſt hoīem vermis.poſt vermē fetoꝛ ⁊ hoꝛ
roꝛ.Sic in nō hoīem vertitur omnis homo.
Cur ergo ſupbis homo nō attendēs qđ fuiſti
vile ſemen ⁊ ſanguis coagulatus in vtero ma
tris.Deinde miſerijs huius vite expoſitus ⁊
peccatis.Poſtea vermis ⁊ cibus vermiū fu=
turus in tumulo? Quid ſuperbis puluis ⁊ ci=
nis.cuius conceptio culpa.naſci miſeria. viue
re pena.moꝛi anguſtia? Cur carnem tuam o
homo pꝛecioſis rebus impinguas ⁊ adoꝛnas
quā poſt paucos dies vermes deuoꝛaturi ſūt
in ſepulchꝛo.animā vero tuam non oꝛnas bo
nis opibus.que deo ⁊ angelis eius pꝛeſentan
da eſt in celis? Quare animam tuaꝫ vilipen

dis:⁊ ei carnē preponis? Dominam ancilla
ri:⁊ ancillam dominari:magna abuſio ē. To
tus ſiquidez mundus iſte ad vnus anime pre
cium eſtimari non poteſt. Non.n.pro toto
mundo deus animam ſuam daret:quam pro
anima humana dedit. Sublimius eſt ergo
anime precium:que non niſi ſanguine chriſti
redimi potuit. Quā ergo cōmutationem da
bis pro anima tua: qui pro nihilo das illam?
None filius dei cuz eſſet in ſinu patris: a re
galibus ſedibus pro ea deſcendit vt eam li-
beraret a poteſtate diaboli? Quā cum vidiſ-
ſet peccatorum funibus irretitam:iam iamqȝ
demonibus tradendam : vt morte perpetua
damnaretur:fleuit ſuper illam:que ſe flere ne
ſciebat:nec ſolum fleuit ſed etiam ſe occidi ꝑ-
miſit:vt precio ſanguinis ſui eam redimeret.
Aſpice mortalis: pro te datur hoſtia talis.
Cur hō miraris : maior ne tu moriaris. Te-
ſtes ſunt claui:per quos crimina laui. Mortē
morte domo:ne moriaris homo.

¶ De admonitione hominis: vt agnoſcens
q̄ nobilis ſit anima pro q̄ chriſtus tanta paſ-
ſus eſt:etiam ſeipſum affligat : neqȝ attendat
qd caro ſed qd ſpiritus poſcat. Et de excuſa-
tionis eius efficaciſſima ꝯfutatiōe ꝑ alioꝝ exē
plum:mortis certificationem:eternorūqȝ ſup

pliciorꝫ ⁊ cruciatuuꝫ ꝯminationē:cum ſumma
ria illorum explicatione. Capitulum.vij.

a Gnoſce homo ꝙ nobilis eſt anima
tua ⁊ ꝙ grauia fuerunt vulnera eius
pro quibus neceſſe fuit chriſtum dn̄ꝫ
vulnerari. Si non eſſent hec ad mortem ſem
piternā:nunꝙ pro eorꝫ remedio filius dei mo
reretur. Noli ergo vilipendere aīe tue paſ-
ſionem:cui a tanta maieſtate tantam vides ex
hiberi compaſſionē. Fudit ipſe lachrimas ꝓ
te:laua ⁊ tu per ſingulas noctes lectum tuum
cordis compunctione ⁊ lachrymarꝫ aſſiduita-
te. Fudit ipſe ſanguinē ſuum pro tua redem-
ptione: funde ⁊ tu tuum quotidiana corporis
afflictione:quē ſi ſemel pro chriſto ponere nō
potes:ſaltē mitiori ⁊ lōgiori martyrio q̄dā po
ne. Noli attendere quid caro velit:ſed quid
ſpiritus poſcat. Tunc.n.glorioſus quis erit:
cum ad dn̄m ſuum redierit: ita tamē ſi de cor
pore ſecum minime tulerit:⁊ deterſerit omne
ſordidum. Si vero dicis: Durus eſt hic ſer
mo:non poſſum munduꝫ ſpnere:⁊ carnē meā
odio haberē? Dic mihi vbi ſūt amatores mū
di:q̄ ante pauca tp̄a nobiſcum erant: nihil ex
eis remanſit:niſi cineres ⁊ vermes. Attēde
ergo diligēter quid ſunt:⁊ quid fuerunt. Ho-
mines fuerunt ſicut tu:comederunt: biberūt:
riſerunt:duxerunt in bonis dies ſuos: ⁊ i pun

eto ad inferna deſcenderunt. Hic caro eorumʒ
vermibus:⁊ illic anime eoꝝ ignibus deputan
tur. donec rurſus infelici collegio colligati ſem
piternis inuoluantur incendijs. q hic ſocij fue
runt in vitijs. Una nãqʒ pena ĩplicat nos vnꝰ
amor ligat in crimine. Quid profuit illis ina
nis gloria. breuis leticia. mundi potentia. car
nis voluptas falſe diuitie. magna familia. ⁊
mala cõcupiſcentia? Ubi riſus. vbi iocus. vbi
iactantia. vbi arrogantia? De tanta leticia
quanta triſticia. poſt tantillam voluptatẽ tam
grandis miſeria. de tanta exultatõe ceciderũt
ĩ magnã miſeriã grandeʒ ruinaʒ. ⁊ magna tor
menta. Quicquid illis accidit tibi accidere
poteſt quia homo es. homo de humo. limus
de limo. De terra es ⁊ de terra viuis. ⁊ in ter
ram reuerteris quando veniet dies vltima. q̃
ſubito veniet ⁊ forſitan hodie erit. Certum
eſt quia morieris. ſed incertuʒ eſt quando. aut
quomodo. aut vbi. quoniaʒ mors vbiqʒ te ex
pectat. Tu quoqʒ ſi ſapiens fueris. Ubiqʒ eã
expectabis. Si carnem ſequeris: in carne
punieris. Si in carne delectaris. cruciaberis
in carne. Si curioſas veſtes requiris. pro or-
natu veſtium ſubter te ſternetur tinea: ⁊ operi
mentum tuum erunt vermes. Juſticia enim
dei aliud iudicare non poteſt. niſi quod merẽ
tur opera noſtra. Qui enim plus diligit mũ

dum ꝙ deum. ſeculum ꝙ clauſtrum . gulam
quā abſtinentiam. luxuriam quā caſtitatem ſe
quitur diabolum. ⁊ ibit cum eo in ſupplicium
eternum. Quis putas tunc meror erit. quis
luctus. que triſtitia cum ſeperabuntur iniuſti
a conſortio ſanctorum ⁊ a viſione dei. ⁊ tradē
tur in poteſtatem demonum. ⁊ ibunt cū ipſis
in ignem eternum. ibiqꝫ ſemper erunt ſine fi-
ne in luctu ⁊ gemitu. Procul quippe a bea-
ta patria paradiſi exulati cruciabuntur in ge-
henna perpetua. nunꝙ lucem viſuri. nunꝙ re
frigerium adepturi. ſed per milia milium an-
norum in inferno cruciandi. nec vnꝙ inde li-
berandi. vbi nec qui torquet aliquando fatiga
tur. nec qui torquetur aliquādo moritur. Sic
eniꝫ ignis ibi conſumit vt ſemper reſeruet. ſic
tormenta aguntur vt ſemper renouentur. Iu
xta vero qualitatem culpe ſuſtinebit vnuſquiſ
qꝫ penā gehenne. ⁊ ſimilis culpe rei ſuis ſimi
libus iungentur cruciandi. Nil aliud audie
tur ibi. niſi fletus ⁊ planctus. gemitus ⁊ vlula
tus. merores ⁊ ſtridores dentium. Nihilqꝫ
ibi videbitur niſi vermes ⁊ laruales facies tor
torum atqꝫ teterrima monſtra demoniorꝫ.
Vermes crudeles mordebunt intima cor-
dis. Hinc dolor inde pauor. gemitus. ſtupor
⁊ timor horrenſ. Ardebūt miſeri in igne eter
no in eternum ⁊ vltra. In carne cruciabūtur

per ignem. in ſpiritu per conſcientie vermeꝫ. Ibi erit doloꝛ ītolerabilis. fetoꝛ incomparabilis: timoꝛ hoꝛribilis: moꝛs coꝛpis ⁊ anime: ſine ſpe venie ⁊ miſericoꝛdie: ſic tamen moꝛiē tur vt ſemper viuant: ⁊ ſic viuent vt ſemꝑ moriantur. Ita anima peccatoꝛis aut in inferno pꝛo peccatis cruciabitur: aut ꝯuerſa a peccatiſ in paradiſo pꝛo bonis meritis collocabitur. Nunc ergo vnū e duobus eligamꝰ: aut ſemꝑ cruciari cuꝫ impijs: aut perpetualiter letari cū ſanctis. Bonum ſiquidem ⁊ malum: moꝛs ⁊ vita ante nos ſunt poſita: vt ad qd̄ voluerimꝰ manuꝫ extendamus. Sed ſi toꝛmenta nō terrent nos: ſaltem pꝛemia inuitent.

¶ De ſūmaria ac dulciſſima eternoꝝ p̄miorum expoſitione: vt per hec ſaltem ac deſiderijs carnis retrahamur: ⁊ ad amoꝛem celeſtiū vbi ſpiritus perpetuo letari ac ſaciari poteſt: inuitemur. Capitulum Octauum.

Premium eſt videre deum: viuere cū deo: eſſe in deo qui erit omnia in oībus: habere deuꝫ: inherere deo qui ē ſummū bonum. Et vbi eſt ſummū bonū: ibi eſt ſumma felicitas: ſumma iocūditas: vera libertas: perfecta caritas: eterna ſecuritas: ⁊ ſecura eternitas. Ibi eſt vera leticia: plena ſciē

tia:omnis pulchritudo: ⁊ omnis beatitudo.
Eſt ibi pax:pietas:bonitas:lux:virtus: hone
ſtas. Gaudia:leticie:dulcedo : vita ꝑhennis.
Gloria:laus requies:amor ⁊ ꝯcordia dulcis.
Sic cum deo beatus homo erit in cuius con
ſcientia peccatuꝫ inuentū nō fuerit. Uidebit
euꝫ ad voluntatē:habebit ad voluptatē:frue-
tur ad iocunditatem. In eternitate vigebit:
In veritate fulgebit: In bonitate gaudebit.
Sic habebit ꝑmanendi eternitatem: ſic co-
gnoſcendi facilitatem:⁊ requeſcendi felicitatē.
Ciuis ſiquidē erit illius ſancte ciuitatiſ:cuius
angeli ciues ſunt. deus pater tēpluꝫ. filius eiꝰ
ſplendor. ſpiritusſanctus caritas. O ciuitas
celeſtis. māſio ſecura. patria totuꝫ ꝯtinens qđ
delectat. Populus ſine murmure. incole q̄e
ti:hoīes nullā indigentiā hn̄tes: Quā glorio
ſa dicta ſunt de te ciuitas dei. ſicut letantium
oīum habitatio eſt in te. Oēs letantur in leti
cia ⁊ exultatōe. Oēs delectant̄ de deo:cuius
aſpectus delectabilis. facies decora. eloquiuꝫ
dulce. Delectabilis ad videndum. ſuauis ad
habendū. dulcis ad ꝑfruenduꝫ. Ipſe ꝑ ſe pla
cet. ⁊ ꝑ ſe ſufficit ad meritū. ſufficit ad premiū
nec extra illum quicq̄ aliud queritur. qꝛ totū
in illo inuenitur quicqđ deſiderat̄. Semꝑ li
bet illum aſpicere. ſemꝑ habere. ſemꝑ in illo

delectari. ⁊ illo perfrui. In illo clarificatur
intellectus. ⁊ purificatur affectus ad cognoſcē
dam ⁊ diligendā veritatē. ⁊ hoc ē totū bonuꝫ
hoīs. cognoſcere. ſ. ⁊ amar̄ creatorē ſuū. Que
ꝗ nos angit veſania vitioꝝ. ſitire abſinthium
mūdi huius. ſeq naufragiuꝫ vite, labentis. pa
ti infoꝛtuniuꝫ impie tyrānidis. ferre dn̄ium. ⁊
nō magis ꝯuolare ad ſanctoꝝ felicitatem. ad
angeloꝝ ſocietatē. ad ſolēnitateꝫ ſupne leticie
⁊ ad iocunditatē ꝯtemplatiue vite. vt poſſim⁹
introire i potētias dn̄i. ⁊ videre ſupabundāteſ
diuitias bonitatis eius. Ibi vacabimus ⁊ vi
debimus ꝙ dulcis eſt dn̄s. ⁊ ꝙ magna multi
tudo dulcedis eius. Videbimus gloꝛie deco
reꝫ. ſanctoꝝ ſplendoꝛem. ⁊ regie ptātis hono
rem. Cognoſcemus vtiqꝫ patris potentiā. fi-
lij ſapiam. ſpirituſſancti benigniſſimā clemen
tiaꝫ: ⁊ ita habebimus noticiā illius ſūme trini
tatis. Nūc coꝛpoꝛa per coꝛpus videmus: ima
gines etiā coꝛpoꝝ p ſpirituꝫ cernimus. tūc ve
ro ipſaꝫ veritatē puro mentis intuitu videbi-
mus. O beata viſio videre deū in ſeipſo. vi-
dere in nobis. ⁊ nos in eo felici iocūditate ⁊ io
cunda felicitate. Quicqd deſiderabimus to
tuꝫ habebimus nihil amplius deſiderātes. ⁊
quicqd videbimus amabim⁹ ipſo amoꝛe bea
ti. Beati inꝙ dulcedine amoꝛis: ⁊ ſuauitate

ꝯtemplatiōis. Hec erit ſūma ꝯtemplationiſ. hec erit ſūma illius felicitatis. qm̄ in ſuo puro eſſe intelligetur ſincera diuinitas. Compꝛehendetur tunc incompꝛehēſibilis trinitas patebunt arcana diuinitatis. videbitur ⁊ amabitur deus. ⁊ hec viſio ⁊ dilectio totum coꝛ hoīs implens ⁊ ſatians: tota erit illius beatitudiniſ ꝯſūmatio. Una erit oīuꝫ lingua. iubilatio indefeſſa. vnus affectus. amoꝛ eternus. patebit veritas. implebit caritas. ⁊ erit integra coꝛpis ⁊ anime ſocietas. Fulgebit ſicut ſol humanitas gloꝛificata. qeta erit ⁊ concoꝛs carnis ⁊ ſpiritus ſanitas. Angeloꝛum ⁊ hominum vnum erit gaudium. vnum colloquium. vnum conuiuium. Non languebit amoꝛ. nec liquefiet dilectio: pꝛeſentibus omnibus bonis. nulla erit afflictio dilatiōis. quoniā beatifica diuine maieſtatis pꝛeſentia. omnibus erit omnia. ⁊ erit cōmunis omniū. omnipotentia. ſapientia. pax iuſticia ⁊ intelligentia. Non erit in illa patria diuerſitas linguaꝝ: ſed pacifica ⁊ concoꝛs concoꝛdia moꝝ ⁊ affectuuꝫ. In toꝛrente illius voluptatis nihil appetet vltra cumulata ſacietas tanta erit felicitas. Ibi ſiqdem erit cumuluſ felicitatis. ſupereminens gloꝛia. ⁊ ſuperabundans leticia.

¶ De queſtiōe: Quis ad p̄dicta pꝛemia ꝯſe

quienda ſit idoneus.ac reſponſione affirmāte
ꝙ ad hec habiles ſint verus penitens.bonus
obediēs.amabilis ſocius.⁊ fidelis ſeruus.cū
ſingulorꝫ deſcriptiōe ⁊ explanatiōe. Ca.ix.

ſ Ed ad hec quis idoneus? Profecto
verus penitēs.bonus obediens.ama
bilis ſocius.fidelis ſ̄uus. Verus pe
nitens eſt ſemꝑ in labore ⁊ dolore.dolet de p̄
teritis.laborat ꝑ futuris cauendis. Vera ſiq
dem penitentia eſt ſine intermiſſone tp̄is de
preteritis malis dolere. Verus penitens ſic
plangit cōmiſſa vt non cōmittat plangenda.
Irriſor nāqꝫ eſt ⁊ non verus penitens: q ad-
huc agit quod peniteat. Si ḡ vis verus peni-
tens eſſe.ceſſa a peccato ⁊ amplius noli pec-
care.qm̄ inanis eſt penitentia quā ſequens co
inq̄nat culpa. Bonus obediēs dat ſuuꝫ vel
le ⁊ ſuuꝫ nolle.vt poſſet dicere. Paratū cor
meuꝫ deus.paratuꝫ cor meū. Paratuꝫ que
cūqꝫ preceperis facere.paratuꝫ ad nutuꝫ tuū
citius obedire.paratuꝫ tibi vacare.proximus
miniſtrare.meipſum cuſtodire.⁊ in celeſtium
ꝯtemplatione requieſcere. Amabilis ſocius
oībus eſt officioſus:⁊ nulli oneroſus. Oībus
eſt officioſus:qꝛ deuotus ad deum:benignus
ad ꝓximum:ſobrius ad mundum:dn̄i ſeruus
ꝓximi ſocius:mundi dn̄s. Superiora hꝫ ad

gaudium:equalia ad ꝯfortiuz:inferiora ad ſer
uitiuz. Nulli eſt oneroſus:ſed inferiora redi
git ad vtititatez medioꝝ ꝛ ad honorez ſupioꝝ
ſuperiora trahens: inferiora ſequens.ab illis
poſſeſſus.iſta poſſidens. Fidelis ſeruus eſt in
ꝯtemplatione dei:ꝛ cuſtodia ſui. Cuſtodie ḡ
tue prius adhibe oẽm diligentiā. Deinde in
telligens te nunꝗ̄ poſſe ſufficere ad cuſtodien
dam tuaz induſtriaz.diuinam implora clemē
tiaz. Iteq̄z ad ꝯtemplandam in te creatoris
tui volūtatez bonam ꝛ beneplacentē atqz ꝑfe
ctam. angelicaz exora tutelam.patrociniaqz
oium ſanctoꝝ cum chriſto regnantiū ſuper te
roga.Curre ꝑ ſingulos.ſupplica ſingulis.ꝛ ſi
mul oibus clama.ꝛ dic. Miſeremini mei.mi
ſeremini mei ſaltem vos amici mei. Recipite
fugitiuuz veſtrum:ſed fratuelem:ſed ꝯſangui
neum in ſanguine redemptoris. En pauper
ſtat ad hoſtiuz clamat ꝛ pulſat.aperite pulſan
ti.ꝛ ꝯducite euz ad regez.vt ꝓſtratus corā eo
indicē ei oēs miſerias ꝛ neceſſitates quas pa-
tior. Ad extremum vero prelato tuo cor tuū
cuz oi progenie reconſigna.nulluz in eo rema
neat peccatū qḋ nō pura ꝯfeſſione deleat. Je
ſuz xp̄m etiaz ſuper cor tuuz pone ſicut ſigna
culum. Cū.n.xp̄s cordis oſtiū cuſtodit ꝛ cor
dis oſtiarius eſt.vt per illū ingrediātur ꝛ egre

diātur oēs cordiſfamilie: ꝯſequenter aſſiſtunt
milia miliū angelorꝫ ad fores exteriorꝫ ſenſuū
excubantiū. Nec alienigena audet irrumpe
terribiles illas acies propter oſtiarij reueren
tiam ⁊ angelorum cuſtodiam.

¶ De curioſa ꝓprie vite exploratione: ⁊ per
quotidianaꝫ diſcuſſionē examinatiōe modiqꝫ
diſcutiēdi traditiōe. Et ad mutuā in orationi
bus cōmemorationem habendam exhorta-
tione atqꝫ perſuaſione. Capitulū Decimū.

i Ntegritatis tue curioſus explorator
vitā tuā q̄tidiana diſcuſſione exami-
na. Attende diligēter q̄tuꝫ ꝓficias:
vel q̄tuꝫ deficias: q̄lis ſis in moribus: ⁊ q̄lis i
affectibꝰ: q̄ ſimilis ſis deo vel q̄ diſſimilis: q̄
ꝓpe vel q̄ longe: nō locorꝫ interuallis: ſꝫ morꝫ
affectibus. Stude cognoſcere te: q᷑ multo me
lior ⁊ laudabilior es ſi te cognoſcis: q̄ ſi te ne
glecto cognoſcereſ curſus ſiderꝫ: vireſ herbarꝫ
ꝯplexiōes hoīum: naturas aīaliuꝫ: ⁊ haberes
oīum celeſtiuꝫ ⁊ terreſtriu ſcientiā. Redde ḡ
te tibi: ⁊ ſi nō ſemꝑ aut ſepe: ſaltē iterdū. Re
ge tuos affectus dirige actuſ: corrige exceſſus
nihil in te maneat indiſciplinatū. Pone oēs
trāſgreſſiones tuas ante oculos tuos. Statue
te ante te tanq̄ ante aliū: ⁊ ſic temetipſuꝫ plā

ge. Plora iniqtates tuas ⁊ peccata: quibus deuȝ offendiſti. Indica ei miſerias tuas: oſtē-de illi malicias aduerſariorum tuoꝝ. Cūqȝ te coram eo in lachrimis mactaueris: precor te vt memor ſis mei. Ego.n.ex quo cognoui te: in chriſto diligo te: ⁊ illuc tui mentioneȝ defero: vbi ⁊ illicita cogitatio ſuppliciuȝ: ⁊ honeſta promeretur premiuȝ. Ad altare nāqȝ dn̄i cum peccator ſto ſed ſacerdos tua me comiat᷑ memoria. Tu vero mihi vicem reddes ſi me amaueris ⁊ orationum tuaꝝ participeȝ me feceris: ibi cum recordatione tecum eſſe deſidero preſens: vbi pro te ⁊ tuis familiaribus preces deuotas coram deo fundis. Nec mireris ſi dixi preſens: quoniam ſi me amas: ideo amas quia imago dei ſum: ita tibi preſens ſum: vt tuipſe tibi. Quicquid.n.tu es ſubſtātialiter: hoc ego ſum. Imago.n.dei eſt omnis anima rationalis: quoniam qui in ſe imaginē dei querit tam proximum ꝙ̄ ſe querit: ⁊ q̄ illā in ſe querendo inuenit in omni homine eandem cognoſcit. Viſio autem anime intellect⁹ eſt. Si ergo te vides me vides: qꝛ nihil aliud ſum ꝙ̄ tu. ⁊ ſi tu deum diligis me imaginem dei diligis. ⁊ ego diligendo deum diligo te. ⁊ ita dum vnū querimus ⁊ ad vnuȝ tendimus. ſemper nobis inuicem preſentes ſumus. ſȝ in

deo in quo nos diligimns.

¶ Quomodo intrās eccleſiā ad orandū ſiue pſallendū ſe pparare deūqʒ laudare ⁊ glorifi care debeat. Et ꝙ ſupernis ciuibus nihil ma gis ſpectare libeat: Nec aliquid ſummo regi iocundius exhiberi poſſit. Capitulum. xi.

C Um ad orandū ſiue ad pſallendum eccleſiā intraueris: fluctuantiū cogita tionū tumultū exterius relinque: cu rāqʒ exteriorꝫ oīuʒ penitus obliuiſcere: vt ſoli deo vacare poſſis. Fieri. n. nō pōt vt aliqn̄ cuʒ deo loquatꝛ: q cuʒ toto mundo ēt tacens fabu latur. Intende ḡ illi q intendit tibi: audi illuʒ loquentē tibi: vt ipſe exaudiat te loquenteʒ ſi bi. Ita fiet: ſi diuinis laudibꝰ ſoluendis cū de bita reuerentia ⁊ ſollicitudine aſſiſtas: ſi ſingu la verba diuine ſcripture diligenter intēdas. Nō ꝙ ego iſta faciaʒ: dico: ſed ꝙ facere vel lem: ⁊ non feciſſe penitet: ⁊ non facere piget.

Tu vero cui maior gratia conceſſa eſt votis ⁊ deuotis precibus pias aures dn̄i ad te flecte lachrimis ⁊ ſuſpirijs pro tuis exceſſibus illuʒ clementer exora: atqʒ ſpiritalibus canticis in oibus opibus ſuis illū lauda ⁊ glorifica. Nil .n. magis ſup̄nis ciuibus ſpectare libet: nil re gi ſūmo iocundius exhibetur: ſicut ipſe teſtatꝛ: Sacrificium laudis honorificabit me.

¶ Quantam curam ꝛ ſollicitudinez ſuperni ciues de nobis habeant: quanto ve deſiderio aduentuz noſtruz expectent: Quõqꝫ nobis ad eos feſtinanduz atqꝫ currenduz ſit: cuz nõ ſolum ipſi: ſed ꝛ creatoꝛ eoꝝ pater ꝛ filius ꝛ ſpiritusſanctus: totaqꝫ celeſtis curia nos expectet: in qua cum magna leticia ſuſcipietur quicũqꝫ iugi oꝛationi ꝛ aſſidua cogitatione in illa conuerſatur. Capitulum. xij.

Quã felix eſſes ſi ſpiritalibus oculis
o ſemel intueri poſſes quomõ pꝛeueniunt pꝛincipes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularꝫ tympaniſtriaꝝ: videres pꝛoculdubio qua cura: quo ve tripudio interſunt cãtantibus: aſſiſtũt oꝛantibus: aſſunt meditantibus: ſuꝑſunt q̃eſcentibus: ꝓuidentibꝰ atqꝫ pꝛocurãtibus pꝛeſunt. Diligunt q̄dem ſuos ꝯciues ſupne ptãtes: ꝛ pꝛo his q̄ hereditatem capiunt ſalutis ſollicite ꝯgaudent: ꝯfoꝛtant: inſtruunt: pꝛotegunt: pꝛouidentqꝫ oĩbus mones in oĩbus. Ipſi.n. deſiderant aduentũ noſtrum: qm̃ de nobis expectant ciuitatis ſue ruinas reſtaurari. Diligenter querũt ꝛ libẽter audiunt bona de bonis. Sollicite diſcurrunt medij inter nos ꝛ deum: noſtros gemitꝰ ad euz fideliſſime depoꝛtãtes: ipſiuſqꝫ gratiã deuotiſſime repoꝛtantes. Nõ dedignabunt

eſſe ſocij noſtri: q̄ iaʒ facti ſunt miniſtri noſtri.
Exultare eos fecimus qñ cõuerſi ſumus ad
penitentiam. Feſtinemus ḡ de nobis eoꝝ leti
ciam adimplere. Ue tibi quicūqʒ es: q̄ deſi=
deras reuerti ad vomitum: redire ad lutū: pu
tas ne placatos habebis in iudicio: quos tan=
to ꝛ tã ſperato gaudio vis priuare? Exultaue
runt qñ venimus ad religioneʒ: tanq̄ ſup̄ his
quos ab ipſa inferni porta cernerēt reuocari.
Quid v̄o nunc erit ſi ab ipſa paradiſi ianua
viderint redire ꝛ retrorſum abire eos qui iaʒ
alteꝝ pedem habent in celo? Naʒ ſi corpora
inferius corda ſurſum. Curramus ḡ: nõ paſ
ſibus corꝑis: ſed affectibus: ſed ſuſpirijs: ſed
deſiderijs: qm̄ non ſolum angeli: ſed angeloꝝ
creator nos expectat. Expectat nos deus pa=
ter tanq̄ filios ꝛ heredes: vt ꝯſtituat nos ſup
omnia bona ſua. Expectat nos dei filius tanq̄
fratres: ꝛ coheredes: vt fructum ſue natiuita=
tis ꝛ precium ſui ſanguinis offerat deo patri.
Expetat nos ſpiritusſanctus: ipſe ſiqdem eſt
bonitas ꝛ benignitas: in qua ab eterno prede
ſtinati ſumus. Nec dubium quin predeſtina=
tionem ſuaʒ adimplere velit. Ergo q2 oīs ce
leſtis curia nos expectat ꝛ deſiderat: deſidere
mus eam quãto poſſumus deſiderio. Cum
magna nãqʒ ꝯfuſione ꝛ rubore ad illã pueni=

et:qſquis eam vehementer videre nō deſide
rat. Quicūqȝ vo iugi oratōe ⁊ aſſidua cogita
tione in illa ꝯverſatur.⁊ ſecurus hinc egredi-
tur.⁊ cum magna leticia illic ſuſcipietur.

¶ Quod vbiqȝ ⁊ frequenter ſit orandum:ac
de effectu orationis noſtre. Quod etiam ſem
per ⁊ vbiqȝ de deo ſit cogitandum ⁊ in corde
noſtro cenaculū xp̄o exhibendum.nobiſqȝ ip
ſis velut templo dei vtenduȝ.queȝ ⁊ ſemp̄ an
te oculos habere.⁊ in oībus que agimus pre-
ſentem eſſe debemus agnoſcere. Capi.xiij.

Vbicunqȝ ergo fueris intra temetip-
ſum ora.ſi longe fueris ab oratorio.
noli locum querere. quoniam tuipſe
locus es.Si fueris in lecto aut ī alio loco.ora
⁊ ibi eſt templum. Frequenter oranduȝ ⁊ fle
xo corpore mens eſt erigenda ad deum. Si
cut.n.nullum eſt momentum quo homo non
fruatur vel vtatur dei bonitate ⁊ miſericordia
ſic nullum debet eſſe momentuȝ quo euȝ pre
ſentem non habeat in memoria. Sed dicis.
Ego quotidie oro.⁊ orationis mee nulluȝ fru
ctum ſentio.ſed ſicut accedo ad illam ſic ⁊ re-
cedo.⁊ nemo mihi reſpondet.nemo mihi loq̄
tur.nemo mihi quippiam donat.ſed incaſſuȝ
laboraſſe videor. Sic loquitur humana ſtul

ticia. nō attendens quid promittat veritas di
cens. Amen amen dico vobis quicquid oran
tes petitis. credite qꝛ accipietis. ⁊ fiet vobis.
Noli ergo vilipendere orationem tuam: q̊ni
am ille ad quem oras non vilipendit eam: ſꝫ
anteq̄ egrediatur de ore tuo ipſe eaꝫ ſcribi iu
bet in libro ſuo. Et vnum e duobus indubi-
tanter ſperare debemus. quoniam aut dabit
nobis quod petimus. aut quod nouit eſſe vti-
lius. Cogita itaqꝫ de deo quicquid melius
potes. ⁊ de te quicquid deterius vales. De
te vero ⁊ de illo amplius credere debes. quā
cogitare potes. Omne tēpus in quo de deo
non cogitas. hoc te computa perdidiſſe. Ōis
quidem res aliena eſt a nobis. tempus tantū
noſtrum eſt. vaca ergo. ⁊ vbicunqꝫ fueris. ibi
totus ⁊ tuus eſto. Noli te rebus tradere. ſꝫ
cōmodare. Quocūqꝫ loco conſiſtis cogitatio
nes tuas tracta. ⁊ aliq̄d ſalutare in animo tuo
verſa. Omnis ſiquidem locus ad meditan-
dum eſt congruus. Tota ergo facultate ani-
mum colligens libere tecum habita: ⁊ in lati
tudine cordis tui deambulans. ibidem cena-
culum grande ſtratū chriſto exhibe. Mens
nāqꝫ ſapientis ſemper eſt apud deum. Illuꝫ
ſemper ante oculos habere debemus. p queꝫ
ſumus. viuimus ⁊ ſapimus. Ipſuꝫ nāqꝫ vt eſ

ſemus habemus auctorem. ipſum etiaꝫ vt ſapientes ſumus habemus doctorem: ⁊ vt beati ſimus eterne ſuauitatis habemus largitorem. Et in hoc eius imaginem: hoc eſt illius ſumme trinitatis: in nobis cognoſcimus. Nā ſicut ille eſt ⁊ ſapiens eſt ⁊ bonus eſt: ſic ⁊ nos pro modulo noſtro ⁊ ſumus ⁊ nos eſſe ſcimus ⁊ id eſſe ⁊ noſſe diligimus. Utere ergo teipſo velut dei templo: propter illud quod in te eſt ſimile deo. Honor ſiqdem ſūmus eſt deo. illum: venerari ⁊ imitari. Imitaris ſi pius es.

Templum enim ſanctum eſt deo mens pij: ⁊ altare optimum cor eius. Ueneraris ſi miſericors es: ſicut ipſe omnibus miſericors eſt.

Hoſtia ſiquidem acceptabilis deo eſt: facere bonum omnibuſ pro deo. Fac omnia ſicut filius dei: vt dignus ſis eo qui dignatus eſt te vocare filium. In omnibus vero que agis: deum eſſe preſentem cognoſce.

¶ De cautela atqꝫ cuſtodia nobiſ neceſſaria ne deum offendamus qui ſemper ⁊ vbiqꝫ preſens: cuncta que facimus cernit: cū quo ⁊ nos ſemꝑ ſecuri ſumuſ ꝯtra inſidias diaboli: eo ꝙ nō deſerit ſperātes in ſe: niſi prior deſeratur. Quomodo etiam cor per cuius diſtractioneꝫ deus deſeritur: ſit cuſtodiendum atqꝫ mundandum. Capitulum .xiiij.

c Aue ergo ne in eo qđ male delectat
vel viſio tua vel cogitatio tua demo-
retur nec dicas aut facias quod non
licet etiam ſi libet: nec aliquo ſigno vel facto
deum offendas. qui vbiqꝫ preſens cernit quic
quid facis. Magna cuſtodia neceſſaria eſt ti-
bi. quoniam omnia agis ante oculos iudicis
cuncta cernentis. Cū illo tamen ſemper es
ſecurus. ſi talem te preparaueris. vt tecum eē
dignetur. Si tecum non eſt per gratiam. ad-
eſt tamen per vindictam. ſed ve tibi ſi ita tecū
eſt. immo ve tibi ſi ita tecum non adeſt. Illi
nāqꝫ iraſcitur deus. quem peccantem non fla
gellat. Nam quē hic flagellando non emē
dat: in futuro damnat. Certum eſt ꝙ mors
vbiqꝫ tibi minatur. diabolus vero vbiqꝫ inſi
diatur vt animam tuam rapiat quando egre-
dietur de corpore. Tu vero noli timere: quo
niam deus qui in te habitat. ſi tamen habitat
eripiet te a morte ⁊ a demone. Fidelis enim
ſocius eſt. nec deſerit ſperantes in ſe: niſi prior
ipſe deſeratur. Deſeritur autem cum cor per
inutiles ⁊ prauas cogitationes. vaga mēte diſ
trahitur. Idcirco omni ſollicitudine ⁊ cuſto
dia illud debes cuſtodire ⁊ tenerē. vt in illo ds̄
requieſcere poſſit. In omni quippe creatura
que ſub ſole ē mundanis vanitatibus occupa

tur. nihil humano corde ſublimius. nihil nobilius. nihilqʒ deo ſimilius reperitur. quapropter nihil aliud querit a te niſi cor tuuʒ. Mūda ergo illud per puram confeſſionem: ⁊ aſſiduam orationem. vt mundo corde deum videre poſſis per continuam dei circunſpectionem. In omni loco eſto ei ſubiectus ⁊ intentus. Compone mores tuos: vt ſis in te pacatus. Dilige oēs homines ⁊ omnibus te amabilem exhibe. vt ſis pacificus ⁊ dei filius. Sic eris bonus monachus. ſanctus humilis ⁊ rectus. ⁊ cum talis fueris memento mei.

¶ De increpatione ⁊ accuſatione ſuijpſius propter predictorum omiſſionez ⁊ negligentiam: maioremqʒ dilectionem lectionis quā orationis. De inſanie quoqʒ noſtre deteſtatione. dum cum domino maieſtatis in oratione loquētes: aures ab ipſo auertim⁹. Ca. xv.

v E mihi qui iſta dico ⁊ non facio: ⁊ ſi aliquando facio non diu perſeuero. Iſta habeo in memoria: ⁊ non ſeruo in vita. habeo in ſermonibus. ⁊ non in moribus. Legem in corde ⁊ ore tota die rumino. ⁊ contraria legi facio. lego in ea de religione. ⁊ plus diligo lectionem ꝙ orationem. Uerūtamen nihil aliud docet me diuina ſcriptura.

niſi religionem amare:veritatem ſeruare:ca-
ſtitatem tenere:caritatem habere. Ego aũt
miſer ⁊ miſerabilis citius curro ad lectionẽ ꝗ̃
ad orationẽ:libẽtius volo legere ꝗ̃ miſſas au
ſcultare. Expectat me quandoqꝫ aliquis vo
lens de neceſſitate ſua loqui mihi:Ego vero
librum aliquem accipio: quem ille vel ille ha
bere vellet:lego in eo:⁊ legendo in eo:amitto
caritatis fructus:pietatis affectus:compũctio
nis flexus:miſſaꝝ vtilitatem:celeſtium cõtem
plationem:qua nihil in hac vita dulcius ſenti
tur:nihil auidius ſumitur:nihil ita menteꝫ ab
amore mundi ſeparat:nihil ſic animum robo
rat contra temptationes : nihil ita hominem
excitat ⁊ adiuuat ad omne opus bonum ⁊ ad
omnem laborem. Miſerere mei deus: quo
niam ibi plus pecco vbi peccata mea emenda
re debeo. In oratorio nanqꝫ ſepe duꝫ oro nõ
attendo quid dico. Ore q̃dem oro: ſed men
teꝫ foris vagantẽ orationis fructu priuo. Cor
pore ſum interius:ſed mente exterius: ⁊ ideo
perdo q̃d dico. Parum .n. prodeſt ſola voce
cantare: ſine cordis intentione. Propterea
magna peruerſitas:immo magna inſania eſt:
quando cuꝫ dño maieſtatis in oratione loqui
preſumimus:⁊ inſenſati aurem ab ipſo auerti
mus:⁊ neſcio ad quas ineptas ⁊ inanes fabu-

as coꝛ cõuertimus. Magna quoqꝫ inſania eſt ⁊ grauiter vindicanda: cum viliſſimus pul uis loquentem ad ſe creatoꝛem vniuerſitatis audire dedignatur. Ineffabilis vero ē diui ne bonitatis dignatio: que quotidie conſpicit nos infelices aures auertentes: obturãtes coꝛ da: ⁊ nihilominus clamat ad nos dicens Re dite preuaricatoꝛes ad coꝛ: vacate ⁊ videte q̄ niam ego ſum deus. Loquitur mihi deus in pſalmo: ⁊ ego illi: nec tamen cum pſalmuꝫ di co attēdo cuius ſit pſalmus. Idcirco magnã iniuriam deo facio: cum illuꝫ precoꝛ vt preces meas exaudiat: quas ego q̄ fundo non audio. Deprecoꝛ illum vt mihi intendat: ego vero nec mihi nec illi intendo: ſꝫ quod deterius eſt: immunda ⁊ inutilia in coꝛde verſando fetoꝛē hoꝛribilem eius aſpectibus ingero.

¶ De coꝛdis mutabilitate: inſtabilitate: in quietudine ⁊ vanitate: ac de ſalubꝛi per dili gentem diſcuſſionem fragilitatiſqꝫ ſue cogni tionem atqꝫ veram confeſſionem remedio.

¶ Capitulum. xvi.

n
Ihil eſt i me coꝛde meo fugatius: qđ quotiens me deſerit ⁊ per prauas co gitationes defluit: totiens deuꝫ offen dit. Coꝛ meum coꝛ vanum: vagum ⁊ inſtabi

le:dum ſuo ducitur arbitrio: diuino caret con
ſilio. In ſeipſo nō poteſt conſiſtere : ſed omni
mobili mobiliuꝫ per īfinita diſtrahitur:⁊ hac
illacqꝫ per innumera diſcurrit. Et dum per
diuerſa requiem querit:nec inuenit: in labore
miſerum ac vacuum a requie manet: ſibi non
concordat:a ſe diſſonat:a ſe reſilit:voluntateſ
alternat:conſilia mutat:noua edificat: vetera
deſtruit:deſtructa reedificat;: eademqꝫ iteruꝫ
atqꝫ iteruꝫ:alio ⁊ alio modo mutat ⁊ ordinat:
qꝛ vult ⁊ non vult:⁊ nunq̄ in eodem ſtatu per
manet. Sicut enim molendinum voluitur:
velociter ⁊ nihil reſpuit. ſed quicquid imponi
tur molit.ſi autem nihil imponatur ſeipſuꝫ cō
ſumit.ſic cor meum ſemper eſt in motu.⁊ nun
quā requieſcit.ſed ſiue dormiam ſiue vigilem
ſomniat ⁊ cogitat quicquid illi occurrit. Et ſi
cut molendinum arena ſi imponatur extermi
nat.pix inquinat:palea occupat: ſic cor meum
cogitatio amara turbat. immunda maculat.
vana inquietat ⁊ fatigat. Et ita cor meuꝫ dū
futurum non curat gaudium.nec diuinuꝫ que
rit auxilium.ab amore celeſtium elongatur.⁊
in amore terreſtrium occupatur. Cūqꝫ elabi=
tur ab illis.⁊ inuoluitur in iſtis. vanitas illud
recipit. curioſitas deducit . cupiditas allicit.
voluptas ſeducit.luxuria polluit.torquet inui

dia.turbat iracundia.cruciat triſticia. Sicqꝫ
miſeris caſibus. ſubiugatur omnibus vitijs.
Qm̄ vnuꝫ deuꝫ q ei ſufficere poterat dimiſit.
per multa diſpergitur:ꝛ huc ꝛ illuc querit vbi
quieſcere poſſit : ꝛ nihil inuenit qđ ei ſufficiat
donec ad ipſum redeat. A cogitatione in cogi
tationem deducitur. ꝛ per varias occupatio-
nes ꝛ affectiones variatur. vt ſaltem varieta-
te ipſarum rerum impleatur. quaꝝ qualitate
ſaciari nō poteſt. Sic labitur cordis miſeria
ſubtracta diuina gratia. Cūqꝫ ad ſe reuerti-
tur ꝛ diſcutit quid cogitauit: nihil repit qꝛ nō
opus fuit.ſed importuna cogitatio que cōpo-
nit de nihilo multa.Sic deniqꝫ decipit ima-
ginatio.quā demonum format illuſio. Im-
perat mihi deus.vt prebeam illi cor meum:ꝛ
qꝛ imperanti deo non ſum obediens ꝛ ſubdi-
tus.mihi ſum rebellis ꝛ contrarius. vnde mi
hi ſubiugari non potero.donec illi fuero ſub-
ditus.mihiqꝫ ſeruiam nolens.qꝛ ei nolo ſer-
uire volens. Idcirco plura machinatur cor
meū vno momento ꝙ oēs hoīes perficere poſ
ſent vno anno. Cū deo nō ſuꝫ vnitus.ꝛ ideo
in meipſo ſum diuiſus.Cuꝫ illo vero vniri nō
poſſum.niſi per caritatem.nec ſubijci niſi per
humilitateꝫ.nec vere humilis eſſe niſi per ve
ritatem. Expedit ergo vt in veritate me diſ

tutam ⁊ cognoſcam ꝙ vilis ꝙ fragilis ⁊ ꝙ labilis ſum. Deinde cum omnes miſerias meas cognouero.neceſſe eſt vt illi inhēream per quem ſum.ſine quo nihil ſum.ſine quo ad ipſum redire ⁊ nihil facere poſſum.⁊ quia a deo peccando receſſi:niſi per veram confeſſionem ad eum redire non poſſum.

¶ De recognitione negligentiaꝝ ⁊ defectuum cōmiſſorum circa ea que ad veram ac debitam confeſſionem exiguntur. Et ꝙ non ſufficiat ſoli deo confiteri:quinimmo valde conueniens ſaluberrimumqꝫ ſit vt ſacerdoti peccata per confeſſionem aperiantur. Cap.xvij.

f

Ateri ergo oportet quod fatenduꝫ ē. qꝛ nunꝙ eo modo aut ea intentiōe q̄ peccaui.peccata confeſſus ſum.neqꝫ oīum recordatus ſum.aut propter vetuſtateꝫ aut propter multitudinem. Que autem confeſſus ſum.nō pure confeſſus ſum propter turpitudinem. Confeſſionem etiam meam diuiſi.vt diuerſa diuerſis ſacerdotibus manifeſtarem.⁊ ita venia carui.ad quam per partes peruenire putaui. Execranda nāqꝫ fictio eſt peccatum diuidere. ⁊ ſuperficieten⁹ radere.⁊ non intrinſecus eradicare. Non.n.eſt vtilis ꝯfeſſio niſi ſit in oris veritate. ⁊ cordis purita

te. Et vt tres ſunt q̄ teſtimoniuz dant in celo.
pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus. addamus tres
ſ. ſacerdotez. os ⁊ coꝛ. vt in oꝛe duoꝝ vel triū
teſtium ſtet omne verbum. Sed dicis. Suf
ficit mihi ſoli deo confiteri. quia ſacerdos ſine
eo a peccatis me ſoluere nō poteſt. At quod
nō ego ſed beatus Jacobus reſpondet dicēs:
Confitemini alterutruz peccata veſtra. Cō
veniens nāq̄z valde eſt vt nos qui deo peccan
do cōtumaces fuimus: penitēdo ſupplices ſa-
cerdotibus ⁊ miniſtris eius ſimus. Et homo
q̄ ad dei gratiam cōſeruādam mediatoꝛe egu
it: iam eā recuperare niſi p̄ mediatoꝛē homi-
nē non poſſit. Gemat ergo ⁊ ſuſpiret ⁊ anxi-
us ꝓ peccato timeat ⁊ expaueſcat: ſollicit⁹ diſ
currat: auxiliatoꝛes ⁊ interceſſoꝛes querat: ꝓ-
ſternat ſe humiliter homini: qui hūiliter aſta-
re noluit creatoꝛi. Naz ⁊ hoc ſaluberrimum
eſt: vt homo coꝛde peniteat: ⁊ oꝛe ſuum pecca
tum confiteatur: quatenus deus qui p̄us ad-
eſt per gratiā: coꝛ ad penitentiā cōpungat: de-
inde aſſit vt confitenti peccatoꝝ veniam tri-
buat. Quod ſi foꝛte peccator vere peniteat: ſ3
interueniente neceſſitatis articulo ad cōfeſſio
nem venire nō poſſit: cōfidenter credere debe
mus: ꝙ ſummus ſacerdos cōplet in eo: quod
moꝛtalis nō potuit. Nam apud deū factum

conſtat qđ homo quidē vere voluit ſed nō va
luit adimplere: quia confeſſionem nō cōtem-
ptus excluſit: ſed impediuit neceſſitas.

¶ De multimoda ſuiipſius ꝛ accuſatione. p
peccatorum ꝛ vitiorū in tota vita ſua perpetra
torum ennarationem. Capitulum. xviij.

i N capitulo vbi peccata mea emēda-
re debui. peccatis peccata addidi.
Cū de illis fui ꝓclamatuſ. aut aliquo
modo excuſaui. aut ex toto negaui. aut quod
deterius eſt defendi. ꝛ impatienter reſpondi.
Cū nullum ſit peccatum a quo nō ſim cōtami
natus aliquo modo. aut contaminari non poſ
ſim. iuſtum eſt vt remota omni occaſione emē
dationem promittam. vndecūqꝫ aut a quocū
qꝫ clamer: quatenus ſic liberari valeam a pec
cato ꝑpetrato vel perpetrando. Multitudi-
neꝫ iniquitatum mearum expaueſcens. alio-
rum tranſgreſſiones reprehendere timui. ꝛ
ideo mortis auctor extiti quia virus quod cla
mando expellere potui non expuli. Indi-
gnatus ſum aduerſus alios. qui me de vitijs
meis reprehēdebāt. ꝛ quos amare debui odi
ui. Illa que mihi nocebant vel diſplicebant
deſideraui vt non eſſent. Sciebam tamen qđ
in natura ſua erant bona. ꝛ a bono factore fa-

cta ſed ideo mihi nocebant . quia ego malus
eraꝫ ꝛ male eiſ vtebar. Nihil eniꝫ mihi ꝯtra
rium eſt niſi egoipſe: meū eſt quicqd mihi no
cere poteſt:ꝛ egoipſe mihi ſum ſarcia. Opta
ui ēt vt deus paccata mea neſciret.aut punire
nollet aut punire non poſſet.ꝛ ita volui deuꝫ
eſſe inſipientem.iniuſtum ꝛ impotentem .qḋ
ſi eſſet.deus non eſſet. Non eſt ſuperbia ſu-
per ſuperbiam meam . propterea longe a ſa-
lute mea verba delictorum meorum.Suſpe-
cta ſiquidem eſt deo ſuperbia. nec fieri poteſt
vt cum eo in gratiam reuertatur.Diuerſum
vtriqꝫ hoſpitium. neqꝫ in eodeꝫ cohabitant
animo.quibus non licuit cohabitare in celo.
In celo nata eſt.ſed velut immemor qua via
inde cecidit.illuc poſtea redire nō potuit. De
aere. pluuia vel nimio calore vel frigore tur-
batus fui.contra deū iniqꝫ murmuraui.Om
nia nāqꝫ que adv̄ſum vite accepimus adv̄ſuꝫ
culpe conuertimus.Quapropter iuſtum eſt.
vt qui in cunctis peccauimus.in cunctis feria
mur.Sepe ad ſacrum myſterium vocem me
am fregi:vt dulcius cantarem magiſqꝫ dele-
ctabar in vocis modulatione ꝙ̄ in cordis com
punctione.Deus vero cui nō abſconditur qc
quid illicitum perpetratur. non querit vocis
leuitatem.ſed cordis puritatem. Nam duꝫ

cantor populuꝫ mulcet ſuis vocibus. deuꝫ irri
tat prauis moribus. Licentiam loquendi vel
aliquid faciendi ſepe nimia importunitate vel
calliditate a prelatis meis extorſi: non atten-
dens miſer quoniam ille ſe decipit qui aperte
vel occulte ſatagit vt hoc ei pater ſpiritualis i
iungat quod ipſe deſiderat. Acuꝫ: vel cultel
lum: vel aliquid tale multotiens nimium de-
ſideraui: nec confeſſus ſum: qr peccatū nō eſti-
mabam pp rei vilitateꝫ: verūtamen non mul
tum diſtat quecūqꝫ ſubſtantia vilis vel precio
ſa requiratur: dum equaliter ſit corruptus re-
quirentis affectus. Non. n. cultellus vitiū eſt:
ſed cultelli appetitus: neqꝫ auram vitium eſt:
ſed auri appetitus ſiue cupiditas. In labore
non laboraui quantum potui vel quantuꝫ de
bui. In ſilentio etiaꝫ fui ocioſus: quod eſt ma
ximum peccatum. In ſilentio nāqꝫ nemo ſic
dꝫ eſſe ocioſus: vt in eodem ſilentio non cogi
tet vtilitatem proximi: neqꝫ in opere ſic actuo
ſus vt non requirat contemplationem dei.

Parum. n. proficit ſibi: q alteri non prodeſt
cuꝫ pōt. De vitijs meis me aliquotiens iacta
ui: putans eſſe inſigne virtutis vbi erat lapſus
criminis. De virtutibus etiam vitia feci. Iu
ſtitia nāqꝫ dum ſuuꝫ modū excedit crudelita-
tis vitium gignit: ⁊ nimia pietas diſſolutionē

diſcipline parturit. Sic ſepe vitiū eſt: qđ v̄tus
eē putat̄: ſicut r̄miſſa ſegnities mā̄ſuetudo cre
ditur: ⁊ pigricie vitium: q̄etis virtutez imitat̄.
Finxi me eſſe quod non eram: dixi me velle
quod nolebam: aliud ore dicebaz: ⁊ aliud cor
de voluebam: ⁊ ita ſub ouina pelle vulpinam
ꝯſcientiam abſcōdebaz. Uulpina plane ꝯſcie̅
tia eſt tepida ꝯuerſatio: animalis cogitatio: fi-
cta cōfeſſio: breuis ⁊ rara compunctio: obedie̅
tia ſine deuotione: oratio ſine intentiōe: lectio
ſine edificatione: ſermo ſine circunſpectione.

¶ De ſpe impetrāde venie pp̄ peccati cogni
tionez: ⁊ ob id ampliori ſuijpſius accuſatione:
diſcuſſione ⁊ reprehenſione. Capituluz. xix.

Quā dura ſunt mihi iſta que loquor
o qꝛ memetipſum loquendo ferio. Ue
rūtamen qꝛ peccatorem me nō nego:
ſꝫ peccatum meū cognoſco: erit fortaſſe apud
deuz pium iudicē impetratio venie: ipſa cogni
tio culpe. Dicam ḡ dicam miſeriam meam:
ſi forte pietas ſua moueat ipſum. Dicam pec
catum meum: qm̄ noticia peccati initiuz eſt ſa
lutis. Magnam fero coronam: ⁊ veſtez rotū-
dam: regulam ſeruo ieiuniorū: ſtatutis pſallo
horis: ſed cor meum longe eſt a deo meo. Ex
teriorez ſuꝑficiem intuens: omnia mihi ſalua
arbitror: non ſentiens vermē interiorem qui

interiora mea corrodit. Comederũt alieni ro
bur meum ⁊ ignoraui: ⁊ ideo totus ꝑgens ĩ ea
que foris ſunt: ⁊ ignarus interiorum meoruꝫ.
ſicut aqua effuſus ſum: ⁊ ad nihilum ſuꝫ reda
ctus. preteritoruꝫ obliuiſcens. preſentia negli
gens. futura nõ preuidens. Ingratus ſum ad
beneficia. pronus ad mala. ⁊ tardus ad bona.
Si me nõ inſpicio neſcio meipſum. ſi aũt me
inſpicio tolerare meipſum nõ poſſum. qꝛ tan-
ta in me inuenio que digna ſunt reprehenſiõe
⁊ ꝯfuſiõe. Et quãto ſepius ⁊ ſubtilius me diſ
cutio. tanto plures abominatiões in angulis
cordis inuenio. Ex quo nãqꝫ peccare cepi. nũ
ꝙ̃ vnum diem ſine peccato tranſire potui. nec
adhuc peccare ceſſo. ſed de die in diem pecca
ta peccatis addo. ⁊ ea que p̄ oculis habeo. nec
gemo. Erubeſcenda video nec erubeoſco. do
lenda intueor nec doleo. quod ē mortis ſignũ
⁊ dãnationis indicium. Membrum. n. qđ do
lorem nõ ſentit mortuum eſt. ⁊ morbus inſen
ſibilis eſt incurabilis. Leuis ſum ⁊ diſſolutus
nec meipſum corrigo. ſed ad peccata que con
feſſus ſum quotidie redeo. nec caueo foueam
in quã vel ego cecidi vel alios cader̃ vidi. Cũ
qꝫ plorare ⁊ orare deberem pro malis que fe
ci. ⁊ bonis que facere neglexi. prochdolor ver
ſum eſt mihi in contrarium. Nam tepui ⁊ fri

gui a feruore orationis. ⁊ iam ſine ſenſu frigidus remanſi. ⁊ ideo flere meipſum nō poſſum quoniam lachrymarum gratia receſſit a me. Peccata mea celare non poſſum. qm̄ quocū qꝫ vado conſcientia mea eſt mecum. ſecū portas quicquid in ea poſui. ſiue bonum ſiue malum. Seruat viuo. reſtituet defuncto depoſitum quod ſeruandum accepit. Si male fecero adeſt illa. ſi autem bene facere videor ⁊ exinde extollor. adeſt iterum. Adeſt viuo. ſequitur mortuum. vbiqꝫ mihi gloria vel confuſio inſeparabilis pro qualitate depoſiti. Sic ſic i domo propria ⁊ a propria familia habeo accuſatores: iudices ⁊ tortores. Accuſat me ꝯſciētia. teſtis eſt mēoria. ratio iudex. voluptas carcer. timor tortor. oblectamentum tormentuꝫ. Quotqt. n. fuerūt oblectamēta mala. tot erūt tormēta. Nā inde puniēur vñ delectabamur.

¶ De diuini adiutorij inuocatione pp triuꝫ principaliuꝫ inimicoꝝ. corporis videlicet. mūdi ac diaboli circundationeꝫ. Capituluꝫ. xx.

Diuua me dn̄e deus meus. qm̄ ini-
a mici mei aiaꝫ meaꝫ circundederunt.
ſ. corpus mundus ⁊ diabolus. Corpus fugere non poſſum neqꝫ fugare. circūferre illud neceſſe eſt. quoniaꝫ alligatuꝫ eſt mihi

perimere nõ licet. ſuſtentare cogoꝛ. Cuꝫ vero illud impinguo: hoſteꝫ meuꝫ aduerſuꝫ me nutrio. Si.n. multum comedo. ⁊ id robuſtũ fuerit. ſanitas ⁊ foꝛtitudo eiuſ aduerſantur mihi.

Mundus vero circũcinxit ⁊ obſedit me vndiqꝫ. ⁊ per quinqꝫ ſenſus coꝛpis mei. quaſi ꝑ poꝛtas ſagittis ſuis me vulnerat. ⁊ moꝛs ĩtrat per feneſtras meas in aĩaꝫ meã. Reſpicit oculus ⁊ mentis ſenſuꝫ auertit. Audit auris. ⁊ intentioneꝫ coꝛdis flectit. Odoꝛatus cogitationeꝫ ĩpedit. Os loquitur ⁊ fallit. Per tactuꝫ vero ardoꝛ libidinis pꝛo aliqua parua occaſioneꝰ excitatur. ⁊ niſi ilico reſpuatur ⁊ expuatur. totuꝫ coꝛpus occupat ⁊ eſtuat. vꝛit ⁊ incendit. Pꝛimo carneꝫ modicuꝫ titillat. deinde turpi delectatione mentem maculat. ⁊ ad extremuꝫ ꝑ conſenſum pꝛauitatis menteꝫ ſibi ſubiugat. Poꝛro diabolus queꝫ videre nõ poſſuꝫ. et ideo minus cauere. tetendit arcuꝫ ſuũ. ⁊ in eo parauit ſagittas ſuas vt ſagittet me. Narrauit vt abſconderet laqueos. ⁊ dixit qs videbit eos. Laqueos poſuit in auro ⁊ argento. ⁊ in omnibus his quibus abutimur. cuꝫ in illiſ male delectamur illaqueamur. Neqꝫ ſolum laqueum poſuit ſed ⁊ viſcuꝫ. Viſcus eſt amoꝛ poſſeſſionis. affectus cognationis. cupiditas honoꝛis ⁊ carnis voluptas. quibus ani-

ma inuiſcatur ⁊ irretitur:ne pennis cõtemplatiõis per plateas ſuper Hieruſalem poſſit volare. Sagitte diaboli ſunt ira:inuidia: luxuria ⁊c̃.quibus anima vulneratur. Et quis eſt ille: qui iacula eius ignea poſſet extinguere? Prochdolor his telis ſupat̃ ſepe fidelis aĩa.

¶De querela ſuper bellis temptamẽtis ac periculis vndiqꝫ occurrẽtibus. De proprijs etiam vniuſcuiuſqꝫ premiſſorum inimicorum ſuggeſtionibus: ſingularum qꝫ diſcretione:⁊ diabolicarum ſuperatione. Capituluꝫ.xxi.

h Eu mihi quoniam vndiqꝫ bella mouentur :vndiqꝫ mihi tela volant: vndiqꝫ tẽptamenta:vndiqꝫ picula: quocũqꝫ me vertaꝫ nulla ſecuritas:⁊ que me mulcent ⁊ moleſtant timeo. Eſuries ⁊ refectio: ſomnus ⁊ vigilie:labor ⁊ quies pugnant ꝯtra me. Non minus ſuſpectus eſt mihi iocus ꝙ̃ ira:multos ſiquidem iocando ſcandalizaui. Neqꝫ minus vereor proſpera quã aduerſa. Proſpera nanqꝫ ſuauitate ſua incautum me decipiunt. Aduerſa vero qꝛ aliquid amaritudinis in ſe habent: velut potiones amare ſuſpectum ⁊ timidum me faciunt. Magis timeo malum quod facio in abſcondito quã qḋ facio in aperto. Malum nanqꝫ qḋ nemo vi-

det: nemo reprehendit: ⁊ vbi non timetur re-
prehenſor: ſecurius accedit temptator: facilius
perpetratur iniquitas. Nimiruȝ vtrobiqȝ bel
lum: vtrobiqȝ periculum: vtrobiqȝ timendū.
Et ſicut in hoſtili regione verſantibus: hac il
lacqȝ circunſpiciendum eſt: ⁊ ad omnem ſtre-
pitum circūagendi eſt ceruix. Caro ſuggerit
mihi mollia: mundus vana: diabolus amara.
Quotiens aliqua carnalis cogitatio mentem
meam importune pulſat: de cibo de potu: de
ſomno: ceteriſqȝ ſimilibus ad curam carnis ꝑ
tinentibus: caro mihi loquitur. Cum vero
de ambitione ſeculi: de iactantia: de arrogan-
tia: cogitatio vana in corde meo verſatur: de
mundo eſt. Quando autem ad iracundiam:
ad iram: ad amaritudinem animi prouocor:
diabolica ſuggeſtio eſt: cui nō aliter ꝙ ipſi dia
bolo reſiſtendum eſt: nec aliter ab ea cauendū
ꝙ ab ipſa damnatione. Demonum eſt ma-
las ſuggeſtiones ingerere. noſtrum eſt illis nō
conſentire. Nam quotiens reſiſtimus: dia-
bolum ſuperamus. angelos letificamus. deū
honorificamus. Ipſe. n. nos hortatur vt pugnemus
adiuuat vt vincamus. certantes in bello ſpe
ctat: deficientes ſubleuat: vincentes coronat.

¶ De varia illorum inimicorum impugna-

tione ſingulariq; diaboli in adiutorio carnis confidentia atq; eiuſdez cuz illo federatione: ꝛ de grandi impugnationis illorum periculo.

¶ Capitulum.xxij.

Aro mea de luto eſt:ꝛ ideo lutoſas ꝛ
c voluptuoſas cogitationes ab illa ha-
beo:vanas ꝛ curioſas de mūdo:a dia
bolo amaras ꝛ malicioſas. Iſti tres inimici me impugnāt ꝛ pſequuntur:nūc quidē aperte nunc vero occulte:ſemper autem malicioſe.

Diabolus vero plus confidit in adiutorio carnis:quoniam magis nocet domeſticus hoſtis. Illa vero ad ſubuerſionem meam cum illo fedus inijt:vtpote de peccato nata:ꝛ in peccato nutrita:vitijs corrupta in ipſa origine: ſ; multoamplius vitiata praua conſuetudine. Hinc eſt ꝙ tam acriter concupiſcit aduerſus ſpiritum:ꝙ aſſidue murmurat ꝛ impatiens ē diſcipline.ꝙ illicita ſuggerit:.nec obtemperat rationi.nec inhibetur vllo timore. Huic accedit.hanc adiuuat.hac vtitur ille tortuoſus ſerpens.hoſtis humani generis. cui nullum eſt aliud deſiderium. nullum negocium.nullum ſtudium.niſi perdere animas noſtras. Hic ē qui iugiter malum machinatur. argute loquitur. artificioſe ſuggerit.callide decipit. illicitos motus inſufflat. ꝛ venenatas cogitatio-

nes inflammat. Mouet bella:nutrit odia:in=
citat gulam: mouet libidinem: deſideria car=
nis inſtigat:peccati occaſiones parat : ꝛ mille
nocendi artibus corda hominum pulſare nõ
ceſſat. Hic eſt qui baculo noſtro nos cedit: ꝛ
manus noſtras proprio cingulo ligat : vt caro
que data eſt nobis in adiutorium:fiat nobis ĩ
ruinam ꝛ ſcandalum. Grauis luctatio ꝛ grã
de periculum eſt contra domeſticum hoſtem
pugnare:maxime cum nos aduene ſimus ꝛ il
le ciuis. Ille ſuam inhabitat regionem: nos
exules ſumus ꝛ peregrini. Maximum quo=
qꝫ diſcrimen eſt aduerſus diabolice fraudis
aſtutias:tam crebros imo continuos ſuſtinere
conflictus:quem tam aſtutũ fecit non taꝫ natu
ra ſubtilis:ꝙ lõga exercitatio malicie huius.

¶ De ereptione inimicorũ petitione:viteqꝫ
emendande promiſſione:ꝛ vt ad illam vitam
feſtinemus eãqꝫ amemus : vbi ſũma felicitas
ꝛ omniũ deſiderabiliũ inexplicabilis abun
dantia:nullaqꝫ miſeria:ac cunctoꝝ ꝯtriſtabili
um ininterruptibilis ꝛ ꝑpetua abſentia:ꝯſola
toria pulcherrimaqꝫ exhortatione. Ca.xxiij.

e Ripe me de inimicis meis deus me
us:ꝛ ab his qui oderunt me:quoniaꝫ
confortati ſunt ſuper me. Ego auteꝫ

qui vſqȝ ad hunc diem contra me vixi: iam ꝑ
tuam gratiam mihi viuere incipiam. Sic.n.
viuere debemus vt cum corpus ceperit a ver
mibus deuorari in ſepulchro: anima letetur
cuȝ ſanctis in celo. Illuc ſpiritus dirigendus
eſt: q̃ iturus eſt. Illuc feſtinare debemus: vbi
ſemꝑ viuamus ⁊ vbi nunq̃ amplius mori ti-
meamus. Si ſic amamus iſtam labileȝ vitã
⁊ caducam vbi cuȝ tanto labore viuimus: vbi
comedendo: bibendo: dormiendo vix neceſſi
tatibus carnis ſatiſfacimuſ: multomagis ama
re debemus eternam vitam vbi nulluȝ labo-
rem ſuſtinebimus: vbi ſemper sũma iocundi-
tas: sũma felicitas: sũma libertas: ⁊ felix beati
tudo. vbi ſimiles erunt homines angelis dei:
⁊ fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eoꝝ.
Qualis putas tunc ſplendor animaruȝ erit:
quando ſolis ſplendorem habebit lux corpo-
rum? Nulla erit ibi triſtitia. nulla anguſtia.
nullus dolor. nullus timor. nullus labor. nul-
la mors: ſed perpetua ſanitas ſemper ibi per-
ſeuerabit. Non ſurget ibi macies. neqȝ car-
nis miſeria. nulla ibi egritudo. nulla omnino
neceſſitas. nõ fames. non ſitis. non frigus. nõ
eſtuſ. non laſſitudo ieiunij. neqȝ temptatio ini
mici. nec peccandi voluntas: nec delinquendi
facultas. ſȝ totum leticia. totum exultatio poſ

ſidet:homineſqȝ angelis ſociati:ſine vlla car-
nis infirmitate imperpetuuȝ manebunt. Ibi
erit iocunditas infinita:beatitudo ſempiterna
in qua qui ſemel ſuſcipitur ſemper retinetur.
Ibi eſt requies a laboribus:pax ab hoſtibus:
amenitas de nouitate:ſecuritas de eternitate
ſuauitas atqȝ dulcedo de eterna dei viſione.
Et quis non illic vehementer habitare deſi-
deret propter pacem:propter amenitateȝ:pp
eternitateȝ:ꝛ propter dei viſionem? Nullus
ibi peregrinus:ſȝ qcūqȝ illic venire merebun
tur ſecuri in patria manebūt ſemꝑ leti.ꝛ ſem-
per ſatiati de viſione dei.Et quāto quis plus
hīc obediens pro deo fuerit:tanto ibi amplio
rem mercedem ab eo recipiet.Et quanto am
plius deum amabit. tanto propius eum vide
bit:quem cernere ſitiuit.

¶ De reprehenſione hominis hic theſauri
zantis. De malicia qȝ:neqcia ꝛ impugnatiōe
veteris hominis aduerſus nouuȝ.atqȝ illius
ꝑ debitā penā digna caſtigatione. Ca.xxiiij.

d Ies hominis ſicut vmbra ſuꝑ terraȝ
ꝛ nulla eſt mora temporis trāſeuntis
cum ſtare videtur. Cur ergo theſau
rizat hō in terra: cuȝ ſine dilatione tranſeat ꝛ
illud quod colligitur ꝛ ipſe qui colligit. Et tu

homo quem fructuz expectas in mundo cuiuſ
fructus ruina eſt.cuius finis mors eſt.Utinaz
ſaperes ⁊ intelligeres:ac nouiſſima ꝓuideres.
Itez fili memorare nouiſſima tua.⁊ in eternū
non peccabis. Scio quendam q̄ per multos
annos tecuz vixit familiariter.ad menſaz tuā
ſedit.cibuz de manu ſua ſumpſit:⁊ in ſinu tuo
dormiuit.cuz voluit tecū colloquium habuit.
hic iure hereditario ſeruus tuus eſt . ſed quia
abeunte etate delicate nutriuiſti eum: ⁊ virge
peperciſti.contumax effectus eſt.leuauit calca
neum ſuum ſuper caput tuum: ⁊ te in ſeruitu-
tem redegit.⁊ tui crudeliter dominatur.Sed
fortaſſis dices.Quis ē hic?Uetus homo tu-
us:qui conculcat ſpiritum tuum.qui pro nihi-
lo habet terram deſiderabilem. qui ſola que
carnis ſunt ſapit. Homo iſte a natiuitate ce-
cus eſt:ſurdus ⁊ mutus.inueteratus dieꝝ ma
lorꝫ.rebellis virtuti ⁊ veritati: inimicus cru
cis chriſti. deridet innocentem ⁊ tranſeuntez
ſimpliciter.ambulat in magnis ⁊ in mirabili-
bus ſuꝑ ſe. Arrogātia eiuſ eſt maior q̄ fortitu
do. Nulluz timet.nullum reueretur.Dicit ī
inſipientia ſua.nō eſt deus. Tabeſcit bonis ⁊
malis paſcitur.imundis cogitationibus potit᷑
⁊ nō fatigatur in illis.trāſgrediens vſqꝫ ad fi-
nez.diſpergit ⁊ diſſipat propria ſicut prodiguſ

cupit ꝛ rapit aliena ſicut auarus. turpitudineꝫ
ꝛ ignominiam congregat ſicut ſimulans ꝛ cal
lidus ꝓuocat iram dei. Nõ iſte totus in pecca
tis natus eſt ꝛ ſic nutritus. amicus iniquitatis
filius mortis. vas ire in cõtumeliaꝫ. aptus ad
interitum. Qui cuꝫ talis ſit. enarrat iuſticias
dei. ꝛ aſſumit teſtamentum eius per os ſuum.
Odit diſciplinam. proijcit dñm poſt tergum
ſum. Cum videt furem currit cum eo. ꝛ cum
adulteris portionem ſuam ponit: aduerſus fi-
liuꝫ matris ſue nutrit ſcandaluꝫ. Sup te etiã
theſaurizat iram in die ire. vult a te heredita-
tem tuam auferre: ꝛ deſup terram memoriã
tuam tollere. Et tu tantam iniuriam non vin
dicas: ſed diſſimulas. neqꝫ ei durum verbum
loqueris. neqꝫ vultũ iratum oſtendis. ſꝫ blan
dienti tibi arrides: ludis cum illuſore. An ne
ſcis. qꝛ Iſmael eſt qui tecum ludit? Ludus
iſte nõ eſt pueritie: neqꝫ ſimplicitatis vel inno
centie. ſed eſt illuſio anime. ſed eſt perſecutio
ꝛ mors. Jam te in foueam quã fecit precipita
uit. iam effeminatus. iaꝫ iugo miſer ſeruitutis
preſſus. ſub pedibus eius miſerrime ꝛ viliter
conculcaris. O miſer ꝛ miſerabilis homo:
quis te liberabit de vinculo improperij huius?
Exurgat deus ꝛ cadat armatus iſte: cadat ꝛ
cõteratur inimicus: id eſt: contemptor dei. cul

toꝛ ſui.amicus mundi.ſeruus diaboli. Quid tibi videtur? Si recte ſentis mecuꝫ dicis. Reus eſt moꝛtis crucifigatur. Noli ergo diſſimulare.noli differre.noli parcere. ſed audenter. feſtinanter.ardenter.inſtanter crucifige hominem illuꝫ:ſed cruce chꝛiſti in qua eſt ſalus ⁊ vita:ad quem ſi ex toto coꝛde clamauerit crucifixus tuus.audiet benigne reſpondeteꝫ.Hodie mecum eris in paradiſo.

¶ De ingenti pietatis ac miſericoꝛdie xp̄i ⁊ dei erga hominem cōmendatione.⁊ vt opera detur interne lectioni ad ſuiipſius cognitionē dei dilectionem.inimicoꝝ ſuperationeꝫ. atqꝫ eterne felicitatis conſecutionem. finali admonitione ⁊ libꝛi concluſione. Capitulum.xxv.

o Chꝛiſti pietas inopinata erat ſalus miſeri.ſed taꝫ gratuita eſt ⁊ pꝛobata dei dilectio:tam inopinata dei dignatio.tam ſtupenda dulcedo. tam inuicta manſuetudo.vt qui ad euꝫ clamauerit exaudiat illum. quoniam miſericoꝛs eſt. O quanta eſt miſericoꝛdia dei. quā ineffabilis eſt mutatio dextre excelſi. Heri erat in tenebꝛis.hodie ī ſplendoꝛe lucis. Heri in oꝛe leonis. hodie in manu mediatoꝛis. Heri in poꝛta inferni.hodie in delicijs paradiſi.Sed quid pꝛoſunt be

littere admonitionis niſi deleas de libro conſciẽtie tue litteras mortis? Quid proſunt hec ſcripta ⁊ intellecta. niſi temetipſum legas ⁊ intelligas? Da ergo operam interne lectioni: vt legas ⁊ cognoſcas teipſum: vt legas ⁊ diligas deum: vt pugnes ⁊ vincas munduꝫ ⁊ oẽꝫ inimicuꝫ. quatenus labor tuus cõuertatur in requiem. luctus in gaudium. ⁊ poſt tenebras huius vite videas ortum ſurgentis aurore. videas etiam meridianum ſoleꝫ iuſticie. in quo ſponſum pariter cum ſponſa proſpicies. vnuꝫ eundemqꝫ dominum glorie. Qui cum patre ⁊ ſpirituſancto viuit ⁊ regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Explicit Liber meditationuꝫ beati Bernardi. Anno. M.cccc.xcij.
Impreſſus Argeñ.

Hain 2884.

Non dato: per morte non soluitur ob-
ligatio quia viuus fuit mortuo. Sed
tenetur heres restituere aut her-
edibus si habet. Aut pro anima
illius exponere, vnde si viuus non
habet vnde possit soluere, tenetur
satisfacere in spiritualibus scilicet
pro anima orando. [illegible]

Sed erit [illegible] de Sappa
super [illegible] quia obligatio. Si peccatum
et aliorum non [illegible] in morte
nisi vbi [illegible] non [illegible]
Nam si moriens [illegible] relinquere
descendit ad infernam per [illegible]
[illegible] punietur et [illegible]
[illegible] non sit propria sed aliena
de alienis non debet fieri [illegible]
Augustinus [illegible] q. v. [illegible]

[illegible]

Illud fiet Gravitate & Maturitate
Lecti [illegible]

Et ex quo testium [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible] textu illud [illegible]
non obmittendum [illegible]
[illegible]
[illegible]

Georgius Vizaucz verus possessor
huius libri.
Quem si sustuleris, fur tibi nomen erit
Quisquis es.

Anno Dñi
1641.